



*Forma iuxta qua*  
**IN VISITATIONE**  
Cleri & populi Ciuitatis & Diocesis  
Colonien. Inquisitio, secundum Ec  
clesiaz, Monasteriorum, Ordinū, per  
sonarum & locorum diuersas conditio  
nes ac rationes institui uel  
fieri debeat.

*Proverbiorum 27.*  
*Diligenter agnosce uultum pecoris*  
*tui, tuosque greges considera.*

*Colonia Agrippinae excudebat Iaspar Genuepens.*  
*Cum Priuilegio Cesareano & Archiepiscopali.*  
*Anno a natiuitate Domini nostri Iesu Christi.*  
**M. D. L. Mense Ianuario.**



# Forma Mādati delegatorij, seu Commiſſionis danda Viſitatoribus.



D O L P H V S D E I G R A  
tia, Sanctæ Colonien. Ecclesiæ Ar  
chiepiscopus, Sacri R. omani Imper  
rij per Italiam Archicancellarius,  
Princeps Elector, Vuestphaliæ &  
Angariæ Dux, Legatusq; natus &c.  
Reuerendo in Christo, amico nos  
tro charissimo, Iohanni Episcopo  
Cyrenensi, nostro in Pontificalibus  
Vicario: ac

Salutem in Domino sempiternam. Christus Iesus Dominus & re  
demptor noster, qui per uiscera misericordiæ suæ uisitauit nos,  
oriens ex alto, ut illucesceret his qui in tenebris sedent, ad dirigen  
dos pedes nostros in uiam pacis, multifariam cum uerbo tum exē  
plo suo diuino nos docuit, debere Episcopos, q̄ apostolorū suorū  
loco succedūt, & legatione pro Deo funguntur, Ecclesias suas, quas  
curandas susceperunt, pro explorando & reformando earum sta  
tu, sæpe & frequenter uisitare & inspicere. Narrat enim sanctū euā  
gelium, quomodo Pastor ille bonus, qui uenit quærere & saluare  
quod perierat, nō modo per semetipsum, dum adhuc in terris nos  
biscum ageret, ciuitates omnes & castella circumierit, docens in sy  
nagogis eorum, & prædicans euangelium regni, & curans omnem  
langtorem & infirmitatē: sed & quum hominū se sequentiū tur  
bas uideret, & eorum intime miseretur, eo quod essent uexati,  
& iacentes sicut oues non habentes pastore, discipulos suos graui  
cum affectu admonuerit, ut se dominū suū & magistrum in hoc ui  
sitandi munere, & eius quod perierat requirendi studio, sequeren  
tur: utq; patrem suū cœlestem ardentibus & sedulis precibus, pro  
extrudendis idoneis messoribus spiritualibus in messem suam, sol  
licitarent, dicens: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Ro  
gate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.  
Tales nimirum, qui potentes docere, & eos qui contradicunt res  
darguere, dum hoc uisitationis munere perfungentur, permundēt  
A ñ aream

## FORMA COMMISSIONIS

aream eius, & bonos a malis separantes, congregent triticū in eius horreū, paleas uero spiritu oris sui exufflent, & de regno eius, quæ est Ecclesia, tollant omnia scandala, ut ab uniuersis erroribus & uitijs, eiusmodi Visitationis uentilabro euentilata, excusilla & repurgata, secura ei seruiat libertate. Quo profecto, gloriosum illud omnium Ecclesiarum lumen, & uas electionis, sanctissimus apostolus Paulus, in quo Christus ipse loquitur & auditur, respiciens, Presbyteros Ecclesie Ephesien, ad se Myletū uocatos, sic alloquitur & cōpellat: Attendite uobis & uniuerso gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quā acq̄siuit sanguine suo. quæ admodū Act. xx. legimus. Quo etiā in libro ap̄tissime indicatur, quantæ curæ hoc uisitandi munus tanto Apostolo fuerit. Legimus em̄ illic ad Barnabā coapostolum suum illum sic loquentē: Reuertentes uisitemus fratres p̄ uniuersas ciuitates, in quibus p̄dicauimus uerbum Dñi, quō se habeant. Quod & crebro & diligēter fecisse eos, idem liber nō uno in loco manifestissime declarat & ostendit: maxime ubi narrantur circumambulasse regiones in quibus p̄dicauerūt uerbum Dei, ut uiderent quō se haberent fratres, & ut cōfirmarent eos in fide: & cōstitutis ubiq; idoneis Presbyteris, Apostolorum & seniorum traditiones & p̄cepta eis custodienda mandarēt. Quæ certe p̄cipua sunt ad canonicā Visitationē ptinētia. Quin & D. Petrus, Apostolorum uertex ac Princeps, in eodē libro nō frustra narratur trāsisse & inuisisse uniuersos. Quā itē cura in eodē munere dilectissimus Christo discipulus, & inter diuinos Euāgelistas sublimis aquila Iohānes, in Asia uersatus sit, abunde Ecclesiastica testat̄ historia. Ceterum q̄ plenū exitialis periculi & plane horrendū sit, eos qui Speculatorum in Ecclesia locum tenent, in hoc officio cessare, Dñs ipse apud Prophetā suum Hieremiā grauissime cōtestatur, ubi durissimas de ignauis pastorib⁹ hanc functionem negligētibus, se sumptuꝝ pœnas terribiliter cominat, dicens: Vos dispistis gregē meum, & cieistis eos, & nō uisitastis eos. Ecce ego uisitabo sup uos malitiā studiorum uestrorum. Quib⁹ etiā apud alium Prophetam saeuere admodum improbat & exprobrat, q̄ uisitacionē gregis negligētes, infirmum non cōsolidarint, q̄ agrotū non sanarint, q̄ confractum nō alligarint, & q̄ abiectum non reduxerint, & quod perierat nō quaesierint. Et dispersæ, inquit, sunt oues meæ, eo quod nō esset pastor, & factæ sunt in deuorationem oim bestiarum agri, & dispersæ sunt. Et rauerunt, ait, greges mei in cūctis montib⁹, & in uniuerso colle excelso, & sup oēm faciem terræ disp̄si sunt, & nō erat q̄ req̄reret. Nō erat inq̄, q̄ req̄reret. unde & uocē hęc, ualde sane metuēdā, subijcit.

Propterea

Propterea, inquit, pastores audite uerbum Dñi. Hæc dicit Dñs Deus: Ecce ego ipse sup Pastores reqram gregē meū, nec pascent amplius pastores semetipsos, & q̄ illic sequūtur. Quinetiā irā esse grauer offendit Dei, quoties datur pastor aliq̄ negligēs, & desidiosus, ipse Dñs in Zacharia ppheta attestat. Vbi inquit: Quia ecce ego suscitabo pastore in terra, q̄ derelicta nō uisitabit, dispersum non q̄ret, & contritum nō sanabit, & id q̄ stat, nō enutriet, & carnes pinguiū comedet, & ungulas eorū dissoluet. Post q̄ cōtinuo hac terribili uoce exclamat: O pastor & idolum derelinquens gregē. Hæc diuina exēpla & tremenda oracula cum superiori tempore nobiscum aīo uolueremus, & de illorū imitatione & executione crebre (ut par erat) cogitarem⁹ & solliciti essem⁹, En cōmodum inuicissim⁹ & religiosissim⁹ Impator Carolus V. Augustus, dñs noster clementissim⁹, in pximis Augustanis Comitib⁹, eius quod factū oportuit, auspiciandi semel & agendi uia aperuit. Nam Reformatiōis salutaris Formula Statibus Ecclesiasticis pposita, nō satis esse putauit, indicasse normā aliquā Canonicis institutis consentaneā, secundum quā & uiueret & doceret in Ecclesiis Germaniæ, usq; ad Cōciliū gñalis determinationē, sed & idoneos trāmites & modos eiusdem Reformatiōis exequendæ, secundū Euāgelicas, Apostolicas & Ecclesiasticas leges ostendit, quos & Prælatos intra certa pstituta tempora amplecti, om̄ino uoluit ac iussit. Quæ nimis sunt accurata Prouincialium & Diœcesanarū Synodorū celebratio, ac deinde diligens Ecclesiarū uisitatio. Nos igitur cernentes tam religiosi Cæsareæ Maiest. iussis offitium nostrum nō parum adiuuari, q̄ confidam⁹ autoritatē eius, oīa impedimenta, q̄ haud dubiū, Reformationis impatiētes, Episcopis alioq; obiecissent, e medio sublaturā, celebratis iam p nos pro memorata Reformatiōis executione, una Prouinciali, & duabus Diœcesanis Synodis, & in his cōmuni cōsilio & assensu p multis pie & religiose constitutis, q̄bus priori Cæsareæ iussionis parti satisfactum esse speramus. Superesse uidemus, ut alteram quoq; partem, q̄ est de uisitando & inspiciendo gregem dñicum nobis concreditum, coopante Deo ut capim⁹, prosequamur. Idq; non mō ob id, ne pcedens ille noster, nō exigu⁹ certe labor, quē in celebratiōe Synodorū nostrarū adhibuim⁹ & insumpsim⁹, hui⁹ alterius ptis uel intermissiōe uel lōgiori extractione sine ullo fructu dispeat, & irrit⁹ fiat, cū sciam⁹ frustra esse in ciuitate iura, nisi sint q̄ & ea exequant: sed & q̄dem imprimis, ne hac in parte cōmissa, q̄ absit, negligentia, Dñs sanguinē ouium nobis cōmissarū, de manib⁹ nostris, ut ppheta ait, saeuero iudicio exigat.

## FORMA COMMISSIONIS

Verum enimvero, cum hoc tam magnum & necessarium Visitationis opus, quod per se late patet, tale sit, ut viros quos maxime idoneos postulet, qui se illi totos addicant, multumque temporis, ut per Diocesim nostram totam, facto initio ab Ecclesia nostra Metropolitana, & ei adhaerentibus, producat & peragatur: ad haec moram interdum longiusculam, nunc hic nunc illic, pro locorum ratione & necessitate manendi requirat. Nos vero alijs innumeris & grauis simis, tum Ecclesiae nostrae, tum Sacri Romani Imperij negotijs ac rebus sic simus occupati & impliciti, ut continuum illum a loco in locum progressum, & prolixiorē in nostrae Dioceseos oppidis & vicis singulis moram, sine eiusmodi negotiorum delectu (quē committere nefas putamus) facere non possimus: uti tamen (nisi ut iam commemoratum est prohiberemur) libenter facere vellemus. & praeterea ut quos maxime possimus & uelimus hoc munus per nos ipsos gerere & subire, id ipsum tamen sine graui subditorum nostrorum onere, ob numerosiorē nostrum comitatum, ad quem recipiendum alicubi forsitan non facti fuerit, facere nequeamus: Vobis, de quorum singulari doctrina, pietate, zelo, prudentia & circumspectione plurimum in Domino confidimus, quam & multa experientia copertam habemus, uices nostras praesentium per tenorē committimus: Dantes & concedentes uobis harum literarum uigore, plenam & liberam potestatem, uniuersas & singulas Ecclesias, tam in ipsa nostra Metropoli Coloniensi. (Maiori tantum nostra, cuius Visitationē per nos iam coeptam, nobis ipsis referuamus, excepta) per totam nostram Diocesim Coloniensem constitutas, secundum sacrorum Canonum decreta, & Caesareae Reformationis Formulam, Visitandi, eaque de re, Cleri & populum nostrum; ubi uis locorum ad coparendum coram uobis, & submittendum sese Visitationi uestrae Canonice euocandi & monendi: & ulterius de statu memoratarum Collegiarum, nec non Parrochialium Ecclesiarum & Decaniarum Christianitatum seu ruralium, & Monasteriorum, tam Monachorum quam Sanctimonialium et Canoniarum (ut uocant) secularium: domorum quoque fratrum Teutonicorum, sanctorumque Iohannis & Anthonij (quatenus se Visitationi submiserint) aliarumque sacrarum adium, Oratoriorum, Capellarum: & quorumcumque piorum locorum, Scholarum & Bibliothecarum, & personarum in eisdem Ecclesiis, Monasterijs, domibus & prius locis degentium & Deo militantium, eorumque statutis, ordinationibus, moribus & consuetudinibus: denique de statu & conditione plebium cuiusque loci, diligenter inquirendi. Et facta inquisitione, imprimis Statum Ecclesiasticum (cuius confusione tota Ecclesiae facies confunditur) repurgandi: Statuta, ordinationes,

tiones,

tiones, mores & consuetudines ecclesiarum quarumcunque inspiciendi & cognoscendi: & si quid in eisdem irrationabile & indecens fuerit, corrigendi: Ecclesias, Monasteria, Oratoria, Sacella, & alia pia loca, ubi uel excisa sunt, uel exhausta uel deserta, redintegrandi. Et pro Reformatiōe plebium ex singulis Parrochijs, aliquot probos, boni nominis & fide dignos uiros, ad numerum quatuor, quinque aut plurium, secundum Cleri & plebis cuiusque loci frequentiam, quibus fides, mores, conuersatio, fama & opinio omnium illic commorantium sit plus cognita, deligendi, eosque ad dicendum super interrogandis ueritatem, remoto procul omni carnali affectu, amoris, odij, spei & metus adiurandi. Et generaliter ubi uis hæreses & schismata extirpandi, errores, abusus & scandala tollendi: fidem Catholicam, uirtutes & bonos mores inferendi: seductos ab hæreticis & sectarijs, & nunc errores suos recognoscentes, & de illis ex animo dolentes, & ad Orthodoxam & Catholicam fidei unitatem redire cupientes, & recipi humiliter petentes: similiter criminibus & flagitijs obnoxios, cognito tamen in eis omnibus uero, & non ficto aut simulato de perperam admissis dolore, ad poenitentiam recipiendi, pieque & benigne (salua tamen Ecclesiastica disciplina) rursus amplectendi: eis prout eorum error aut lapsus, uel publicus uel occultus fuerit, publicam seu occultam poenitentiam Canonicam imponendi: nec non poenitentias Iuris communis, pro uestra prudentia & discretionem, ac poenitentium qualitate & conditione moderandi. Et poenitentes eiusmodi, post Exomologesios satisfactionem peractam, a Censuris & poenis errorum seu criminum suorum ratione incurfis, etiam in casibus nobis specialiter referuatis, auctoritate nostra Archiepiscopali, seu alia quacunque nobis competenti, in Domino absoluen di, & Christi fidelium consortio aggregandi: Congregationes, communitates, uniuersitates ac singulares personas, ab illicitis & damnatis obligationibus exoluendi, & liberatos declarandi. Præterea tenuiorum Beneficiorum redditus, ita ut de singulis Beneficijs, singuli Beneficiati commode uiuere, & iusta emolumenta percipere possint, auctoritate nostra, prout de Iure, citra reuocationem commissionis Vicario nostro in spiritualibus factæ, augendi, ac Beneficia quæ nullam necessariam functionem habent, ecclesijs Parrochialibus, quibus stipendia non suppetunt ministroꝝ, uniendi uel dismembrandi, omnesque qui ecclesias incorporatas habent ad prospiciendum Curatoribus talium ecclesiarum Parrochialium, de ipsarum fructibus & obuentionibus sufficienti portione & sustentatione monendi & compellendi. Similiter uiros doctos, boni nominis, graues, pios

& Catholicos ad examinandum Ludimagistros, & excutiendum libros, aliaq; quæ uobis committenda alijs uidentur delegandi. Et generaliter quæcunq; ad reformationem, instaurationem & cōseruationem quarumcunq; ecclesiarum & piorum locorum in nostra Diocesi sitorum pertinent, curandi: Repugnantes uero & contradicentes uobis in præmissis, seu aliquo præmissorum, ueluti hæreticos, schismaticos, induratos, uotifragos, incestuosos, & quoscunq; criminosos & inobedientes, poenitentiam Canonicam accipere, & mandatis Ecclesie parere recusantes, censuris Ecclesiasticis, ut ad cor redeant, innodandi & percellendi, eos pro excessuum & criminum qualitate, ab Officio uel Beneficio, uel utroq; suspendendi, uel etiã pro grauitate excessus perpetuo priuandi, Excommunicandi, Interdicendi, ac alias iuxta Canonum sanctiones puniendi & coercendi. Omniaq; & singula alia quæ præsens Visitatio exigere uidebitur, pro ratione locorum & personarum, faciendi, gerendi & exercendi, & quæ nos ipsi, si personaliter adessemus, gerere & exercere possemus, & merito deberemus. Decernentes omnia & singula per uos seu a uobis, pro tempore facta & gesta, ualida & efficacia fore, suosque debitos effectus sortiri, & ab omnibus inuiolabiliter obseruari debere. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium, præsentis literas, per Notarium nostrum infra scriptum, subscribi, Sigilliq; nostri appensione fecimus communiri. Datum ex Arce nostra Bruleñ. uigesima Decembris. Anno Domini nostri Iesu Christi, Millesimo, Quingentesimo, Quadragesimo nono.

**Præpa**

# Præparatoria quædam ad VISITATIONEM.



Is enim olim est sanctis Patribus (ut sacri Canones indicant) cum Episcopus suam Diocesim uisitandi gratia circumire uult, debere Archidiaconum uel Archipresbyterum eum præire aliosque quot diebus per parrochias, quas uisitaturus est, & ex autoritate sanctorum Canonum præcipere & serio denunciare, ut omnes, exceptis infirmis, ad uisitationem Synodalem occurrant, & interminari his, qui absque graui necessitate defuerint, a Christiana communione depulsionem. Deinde debere hunc accitis ad se presbyteris, qui in illo loco seruitium exhibere debent Episcopo, satagere, ut minores & leuiiores causæ corrigantur & emendentur, ne Episcopus ueniens leuioribus negotiis fatigetur, neue immorandum illic ei sit amplius, quam necesse fuerit. Quo etiam Canones illud citant, quod Dominus ad Moysen de huiusmodi cooperatores ait, *Vt tecum (inquit) sustentent onus populi, & non tu solus graueseris.* Et quod beatus Iohannes Baptista aduentum Domini præcurrit, prædicando, dicens: *Pœnitentiam agite.* Item, *Parate uiam Domino.* Siquidem Episcopus uicem Christi agere uideatur, & ideo cum gaudio, timore, & summa cum reuerentia a plebibus sibi subiectis suscipiendus sit, ut illis cum laude dicatur, quod Apostolus de Galathis Testatur: *testimonium, inquit, uobis perhibeo, quod ita suscepistis me sicut angelum Dei, sicut dominum Iesum.*

Verum cum latissima sit Colonien. Diocesis, in quatuor Archidiaconatus, & quæ plurimos Archipresbyteratus, seu Decanias rurales distincta, & intermissa iam nimium diu sit Canonica Visitatio, non sine graui (quod negari non potest) iactura religionis & disciplinæ, conuenire nobis uidetur, ut hoc muneris quod Canones unumquempiam Archidiaconum uel Archipresbyterum obire uolunt, omnes Archipresbyteri, hoc est, Decani, tam Collegiales quæ rurales, qui Christianitatum uocantur, singuli in suis regiunculis obeant, ut aduenientes Visitatores, iam stratam & præ-

B paratam

## PRÆPARATIO QVÆDAM

paratam viam inueniant, sic ut Visitationem ubiq; locorum, expedite peragere & absoluere possint.

Multum quoq; ad præparationem hanc facere uidetur, si Archipresbyteri isti, diligenter admoneant plebes, ut mane eius diei, quo ipsæ Visitandæ & inquirendæ sunt, ab omni opere seruili feriantur, quo expediti ad Ecclesiam, ad cibum capiendum, qui non perit, animarum suarum saluti consulturi, pergant. Et ut omnes qui remedium grauatae conscientiae (ob nefanda commissa flagitia, quorum relaxatio ab Episcopis petenda fuerit) uelint adhiberi, aut consilio opus habeant in re quacumq; perplexa, die designata cum bona fiducia adueniant, seq; audacter Visitatoribus præsentent, paternam benignitatem & mansuetudinem *expeturi*. Deniq; ut quotquot sacramento Confirmationis, secundum ritum Catholicum nondum fuerint communiti, in quauis etiam aetate, ad illud reuerenter accipiendum se præparent, hoc est, ut ieiunium ad Confirmationem ueniant, & moneantur confessionem facere prius, ut mundi donum spiritus sancti mereantur accipere, ut habet Aurelianense Concilium. Quod maxime in his locis fieri est necesse, ubi sunt baptizati ab hæreticis & schismaticis: nam tales cum extra Ecclesiam tincti, sacramentum quidem, sed non rem uel uirtutem sacramenti, nec donum spiritus sancti acceperint, necessario prius integre edoceri & institui debent, de fidei mysterijs: & si omnibus assenserint & acquiescant, purgati fidei integritate, manuum Episcopaliū impositione Ecclesiae Catholicae inseri & reconciliari, & Chrismate confirmari. Quod si inueniantur ex horum numero quidam, qui sic Cōfirmari respuant, hi a communione fidelium penitus excludantur.

3. Ecclesias quoq; & Cymiteria, & quacumq; Deo sacrata, quæ in hac rerum turbatione uiolata sunt, Episcopali benedictione, secundum ueteres Canones expiari oportet: huius quoq; memoratos Decanos pro facienda præparatione admonitos esse oportet.

4. Postremo, etsi ob huius Dioceseos latitudinem, Visitatores omnia in uniuersum loca, inuisere & oculis subñcere non possint, & proinde uisum sit designari per omnes Decanias rurales, loca populosiora, & magis insignia, ad quæ singularum Decaniarum Parrochi, cum Presbyteris & Clericis & laicis aliquot potioribus quarumque Ecclesiarum per Decanos euocentur. Nihilominus *tamen*

tamen hoc non oportet esse perpetuum, sed erit ea res Visitatorum discretioni commissa, sic ut etiam ad loca non designata uel ob populi multitudinem, uel ob aliam necessariam causam, quæ eorum præsentiam, & ocularem inspectionem requirat, peragatur, & necessitati ac saluti omnium consulatur.

**QVO ORDINE VISITATORES**  
*in singulis Ecclesiis & locis hoc munus administrare & peragere debeant.*



**P**rius conuocatis Clero & populo, imploranda erit (sine qua nihil possumus) Dei gratia, & deuote celebrandum Missæ sacrum de spiritu sancto, in quo suppliciter oretur Deus, ut qui per suum spiritum, totum mundum ad agnitionem sui nominis conuertit, & in unitatem fidei congregauit, per eundem etiam nos faciat eadem sapere, & suis mandatis corda nostra dedere & submittere, ut suæ diuinæ uisitationis fructum, per ministerium Ecclesiasticum experiri & accipere ualeamus.

Inter Missæ sacrum, ubi populus inquirendus erit, fiat a decanato Symbolo sermo commonitorius ad astantem Clerum & populum, qui attemperandus erit, pro diuersitate locorum ad hominum captum, & rerum illic Reformatione quæ maxime egentium conditione, quam Visitatores statim ab aduentu suo in oppidum aliquod uel uicium, uel a Decano uel a Parrocho, uel ab aliquibus alijs eius loci Catholicissimis & ueracissimis uiris, percipere retulerit.

Concio in eo uersabitur, ut si ubi plebs in hæresim aliquam prolapsa fuerit, falsitas eius per euidentissimas scripturas & Catholicæ Ecclesiæ determinationes, quibus nullus uel communi sensu præditus refragari queat, quæ fieri potest breuiter ostendatur. Nec substitucenda hac in parte erit Cæsaris Declaratio. Erunt coarguenda scelerata, crimina, & peccata, quibus plebs eius loci quæ maxime seruit. Addendæ ardentis exhortationes, ut qui aberrarint & seducti fuerint, in uiam redeant, ut qui ceciderint resurgant, ut suscepta & digne peracta poenitentia correcti, in sinceritate fidei, & doctrina Ecclesiæ Christi, & obseruatione præceptorum Dei permanent.

B ij ant &

QVO ORDINE VISIT

ant & perseverēt, ut singuli suæ uocationi seruiāt, suis quiq; officiis & muneribus fideliter perfungantur, ut potestatibus superioribus, tam Ecclesiasticis q̄; secularibus obedientiam, honorem, & cætera quæ debent, ultro præstent, ut unanimitati & concordia studeant. Deniq; ut uno spiritu atq; ore Deum patrem domini nostri Iesu Christi sincera fide, & puris affectibus concelebrent ac colant, quo regni eius cœlestis participes efficiantur.

A peracta Concione, publica oratione suppliciter inuocandus & rogandus est Deus: quam qui concionatus est, uerbis Germanicis, ut plebs eum suis uerbis subsequi, & idem cum eo diserte petere a Deo possit, recenseat, in hanc Sententiam:

Omnipotens sempiternæ Deus, qui etsi corda nostri omnium, ad exemplum tamen (quod nos sequamur) descendere ac uideri uoluisti, an populus sceleratus, clamorem qui ad te peruenit opere compleuisset. Qui tuum filium unigenitum in terras ad requirendum & seruandum quod perierat misisti. Et per eundem omnes qui gregis pascendi curam susceperunt, ut idem sedulo agerent, cum uerbo tum opere admoneri fecisti. Te suppliciter exoramus, ut nobis indignis famulis tuis, gratiam diuini luminis tui, pro tua ineffabili pietate clementer infundas, labia aperias, linguam dirigas, omnesq; actus, & cunctas operationes nostras, tua uirtute instruas & confirmes, ut hoc Visitatiōis opus omni ex parte spiritu tuo cooperante, & beata Maria genitrice filij tui, ac omnibus sanctis tuis intercedentibus, ad hæresum & uiciorum eradicationem, ad Catholicæ fidei, & sanæ doctrinæ robur & exaltationē, uirtutum & bonorum morum insitionem, & charitatis augmentum: Deniq; ad Ecclesiæ tuæ repurgationem, instaurationem, conseruationem, & tranquillitatem, & ad tuum solius nominis laudem & gloriam sempiternam, peragere possimus. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum uiuit & regnat in unitate eiusdem spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Deinde facta ut moris est, supplicatione pro omnibus, qui in sublimitate Ecclesiastica & seculari constituti sunt, & pro omnibus homi

hominibus, tam uiuis quam defunctis, & recitata confessione publica, secundum formam in Ecclesia Catholica usitatam, & pronuntiata præce: Misereatur uestri omnipotēs Deus &c. Absolutio nem & remissionem &c. peragatur ulterius Missæ sacrificium.

In Collegiatis Ecclesiis, Monasterijs, & alijs pijs domibus, ubi Ecclesiastici tantum sunt inquirendi, Missa poterit celebrari non interrupta concione, & a Missa in domo Capitulari sermo ad cōgregationem haberi.

His præmissis ad Inquisitionem generalem, iuxta formulas quæ pro diuersa ratione & conditione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum piorum locorum & personarum conscriptæ sunt, descendatur. Non quod oporteat in singulis locis, a singulis personis inquirendis, omnia & singula eo ordine, & serie ut conscripta sunt perscrutari: Sed examinatio singulorum fiet secundum Visitatorum prudentiam & discretionem, & personarum & locorum qualitatem, & ut plus uel minus ab institutis suis degenerarunt.

Post inquisitionem generalem, Visitatores manifestos hæreticos uel schismaticos, & publice peccantes, publice, occulte uero peccantes, occulte arguent, ac resipiscentibus & ad poenitentia remedia confugientibus, pro qualitate delicti, uel publicam uel priuatam poenitentiam iniungent, aliaq; facient quæ Diploma eorum seu Commissio eis data complectitur.

Quod si de quorundam (qui criminosi deferunt ut) uicio, seu crimine dubitetur. Videndum an tales de crimine cuius infamulantur, publice diffamati sint, & num ab uno uel pluribus, num a maleuolis & maledicis, an potius prouidis & honestis, non semel tantum, sed sæpe, sic ut iam clamor ascendat, qui diutius sine scandalo dissimulari non possit, uel sine periculo tolerari: tum debent Visitatores ad specialem inquisitionem cōtra eiusmodi diffamatas psonas descendere, formare inquisitionis articulos, uocare corā se inquisitioni subdendum, pponere ei,

B in dequis

## QVO ORDINE VISI

de quibus delatus est, criminum capita, & præbere ei facultatem se defendendi.

Poteruntq; Visitatores ad inquisitum (ut tangatur cor eius uerbo Dei) pro dicenda ueritate in hanc Sententiam præfari: Deus omniscius, (qui est scrutator cordium & renum, ac ante cuius oculos omnia aperta ac nuda sunt) ut nos a præcipitandæ sententiæ prolatione compesceret, non ante uoluit contra Gomorrhæos, sententiam damnationis proferre, quam cognosceret, de his quæ publicitus per illos conscelerate committebantur. Vnde ait: Descendam & uidebo utrum clamorem qui uenit ad me, compleuerint opere. Quod et Christus in parabola de uillico confirmat. Is enim licet esset diffamatus apud Dominum, quasi dissipasset bona illius, tamen non est inauditus damnatus, sed accersito eo Dominus dixit: Quid audio de te: redde rationem uillicationis tuæ. Hæc Dei & Christi monita insequentibus, licet pleraq; a pluribus fidedignis & idoneis personis de te mala referantur, quæ etsi urgente conscientia, & officij commissi necessitate, non poterimus nec debemus dissimulare: ea tamen uera esse, cum nobis hæctenus liquide comprobatum non sit, & proinde ad te condemnandum nos nondum permouerint, aduersus te Canonice duximus inquirendum.

Iam si quis facta inquisitione in negando persistens, postea testibus idoneis de admissio conuictus fuerit, & resipiscere uelit, accipiat pœnitentiam pro sui delicti modo. Sin tantum publica mala fama laboret, ad purgationem adigendus est, secundum Canonicas sanctiones.

In refractarios & inobedientes, censura Ecclesiastica distringenda est, secundum commissionis & Iuris communis formam.

Et districte iniungendum omnibus, ne cum eiecto ex Ecclesia, donec resipuerit, ullo modo cõmunicent, memores eius quod sanctus Paulus de incestuoso illo uitando suis Corinthiis, & beatissimus Apostolus Iohannes in sua Canonica secunda, de seductoribus cauendis scribunt & præcipiunt.

Post expletam uisitationem, Scheda uisitatiois, quæ Decreta & instituta

TATIO FIERI DEBEAT.

Fol. VIII.

instituta complectatur, secundum quæ posthæc eo in loco doctrina, uita & mores exigenda erunt, singulis Ordinibus relinquatur: & postremo confectis omnibus, Clerus simul & populus Episcopali benedictione dimittatur, Visitatoribus ad proxima loca porro profecturis.

VISITATORES SIBI DICTVM PVTENT

*illud, primæ Thessalonicen. quinto;*

Rogamus autem uos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes.

VISITANDI VERO ILLVD IBIDEM:

Rogamus autem uos fratres, ut noveritis eos qui laborant inter uos, & præsumunt uobis in Domino, & monent uos, ut habeatis illos abundantius in charitate, propter opus illorum: & pacem habete eum eis.

Sequuntur

# Sequuntur nunc Inquisitiones

PRO ECCLESiarUM ET LOCO-  
rum diuersitate adhibenda.

QVAE IN ECCLESIIS CATHEDRA-  
libus & Collegiatis inquiri debeant.



Inquisitio, an Capitulo competat ius eligē-  
di suos Prælatos.

Si sic, quo ordine, forma, modo, &  
q̄bus affectibus ad electionē p̄cedat.

An hoc solum spectetur, ut digni  
atq; idonei eligantur: tales uidelicet,  
qui exemplo p̄cedant, & functioni  
suae gnauius incumbāt, & ad quorum  
comparationem cæteri grex merito dicantur.

An Præpositus, Decanus, & Capitulum, & singulares personæ  
habeāt Ecclesias parrochiales, quæ ad præsentationē, institutionē,  
prouisionem, seu collationem, seu eorum cuiusuis ex eis spectent  
& pertineant.

Quales prouehant, & prouehere posthac uelint ad tales Ecclesias,  
an solos eos, qui sciant & uelint populum docere uerbum Dei pro  
captu eorum, & sacramēta Ecclesiastica ritu catholico administra-  
re, & facere omnia quæcunq; Reformatio Cæsaris, & decreta Pro-  
uincialis Concilij a Parrochis & Rectoribus parrochialium Eco-  
clesiarum requirunt,

Quales sint qui in præsentiarum talibus Ecclesijs præsentant. an sint  
legitime instituti: Cum beneficium Ecclesiasticum sine Canonica  
institutione obtineri non possit. Nec is Ecclesiastica sacramen-  
ta administrare queat, cui manus rite imposita non est.

An eiusmodi Ecclesiarum curatoribus, sit de sufficienti portio-  
ne prouisum, qua se honeste sustentare possint, ut non sit opus eos  
sefe seruilibus officijs mancipare.

Vt uis

QVAE INQVIRI DEBEANT. Fol. IX.

Vt Visitatores sibi faciant exhiberi titulos istorum Parrothorum seu Curatorum, si de alicuius canonica institutiōe merito dubitetur.

An Canonici qui habent præbendas sibi ex Indulto Apostolico cum onere legēdi collatas, suo muneri, iuxta Bullarum Apostolicarum tenorem, satisfaciant.

An Capitula uelint ad istos Canonicatus & Præbēdas, quæ Vniuersitatis uocantur, cum uacauerint, in futurum, eos solos prouehere & admittere, qui uelint & possint earundem Præbendarum onera ipsis uigore Bullarum Apostolicarum imposita, subire.

Inquirendum, an omnes & singuli in Ecclesia Beneficiati, & quicumq; officia gerunt, qualiacunq; easint, functioni suæ gna uiter incumbant. Et an quisq; quo designatus est loco ministret in diuinis & alijs Collegij rebus.

An Præpositi, ad quos præstito iuramento, pertinet, res, bona, priuilegia, status & iura Ecclesiarum potenter & patenter defendere (cuius causa præ cæteris ampliores redditus Ecclesiarum percipiunt,) hoc munere probe, fideliter & diligenter fungatur, & num ex negligentia eorum ( nihil aliud quam sua lucra quærentium) Ecclesia seu Collegium damnnum accipiat.

An Præpositi seu alij Prælati, qui habent Archidiaconatus, seu Archipresbyteratus suis dignitatibus annexos, regiūculæ sui Archidiaconatus seu Archipresbyteratus (in qua in partem sollicitudinis Episcopalis uocati sunt) Parrochis seu Curatoribus ecclesiarum, ne in officio negligentes sint, superintendant.

An Synodis Episcopalibus interfint, illicq; referant & exponant suæ portiunculæ statum, ac una cum Patribus consulant ac decernant Synodalia Decreta & sententias.

An placita Episcopi Parrochis curæ suæ commissis publicent & exequantur, eaq; omnia præstent in suo territorio, quæ in Diocesi Episcopi, cuius sunt oculi, (exceptis tantum his quæ Episcopalis proprie muneris sunt.) Et an sollicite inuigilet, ut si quid aduersus fidem pietatemq; Christianam emergat, Episcopo id ipsum (ad quem cura prima pertinet) significent.

C An

## QVAE INQVIRI DEBEANT.

An territorij seu regiunculae suae ecclesias singulis quibusq; annis uisitent & inquirat, uicia corrigant, & pro publicis criminibus poenitentias publicas iniungat: & si quae grauiora sunt, quae per ipsos emendari nequeant, ad Episcopum & Synodum Episcopalem referant, publico iudicio submittenda: eo qd eorum uisitationes paruae quaedam & particulares Synodi habeantur, maiori subiectae, & secundum eius iudicium dirigendae.

Num designatos ad Beneficia, maxime curam animarum habentia, siue per praesentationem, siue per electionem, uel simpliciter prouectos per collationem factam pleno iure, prius inuestiant, uel ad Ecclesiae munera subeunda admittant, qd exploratum illis sit diligenti examinatione, eos esse idoneos, & uocationi suae pro uiribus se satisfacturos polliceantur.

Num coniugatis, indoctis, leuibus, uiciosus & inutilibus uices suas committant, nihil nisi quaestum auarum ex officiorum seu munerum suorum locatione facientes, malentes homines de aeterna salute perititari, qd se lucro turpi ic temporali non ditari.

Num Iurisdictionem suam & munera, ulli Commissario seu collector, licet Ecclesiastico, plus offerenti, pro pecunia aut pro certo annuo censu, committant uel uendant.

Num Episcopi & eorum Officiales, ad quos pertinet uiciorum correctio, relinquunt peccata ob pecunias & munera impunita: non pendentes pudendum esse crimen, crimina non coercere: nec quicquam esse quod Praelatos coram Deo magis accuset, qd huius rei neglectum.

An praeterita delicta, impositione salutaris poenitentiae, pro delicti grauitate iniuncta, castigent.

An ubi eiusmodi castigatione non proficitur, & ubi hoc delicti grauitas requirit, Censuris & poenis Canonicis, nempe Suspensionis, Excommunicationis & similibus, criminosos coerceant.

Num poenitentiae loco pecuniam emungant, nisi ubi permittunt Iura & Canones: & num tum hanc mulctam in usum aliquem pium, secundum Canonum praescriptum, conuertant.

An Decanus pro uirili satisfaciatur officio suo, uidelicet exemplo  
praes

QVAE INQVIRI DEBEANT. Fol. X.

præcedendo, & uerbo sæpe monendo omnes & singulos Canonicos & Clericos, & familiam eorum, ut quisque suæ uocationi ignauiter incumbat, & uitam ducat appellatione sua dignam, ut in uitæ honestate, in religioso habitu, tonsura & disciplina, in lectione & studio sacræ scripturæ se contineat, psalmodias, præces, officia diuina & cæremonias, statis horis digna maiestate persoluat.

An in inobedientes, ebriosos, luxui indulgentes, aleatores, percussores, rixosos, scortatores, ignauos, mercaturam & usuram exercentes, & officium negligentes, secundum Censuram sanctorum Canonum, & Cæsaream Reformationem, animaduertat.

An Decanus apud suam Ecclesiam personaliter resideat, & officio suo strenue perfungatur, & excessus leuissimorum quorumque Canonicorum & Vicariorum insolentiam, aliorumque subditorum uicia, quoties opus est, castiget. Num absque rationabili uel necessaria causa absit.

An cum ex rationabili causa abest, alicui Capitulari, qui suscepti officij rationem reddere possit, quemque inferiores reuereantur, uices suas committat.

Deinde an qui Subdecani & Choriepiscopi seu Cantores uocantur, suis officijs rite fungantur: Et an Subdecanus in uitia & negligentias Vicariorum, diligenter animaduertat.

An Scholastici aduigilēt, ut iuniores Canonici per idoneos, probos & Catholicos Pædagogos, in his quæ ad pietatem pertinent, erudiantur.

An caueant Scholastici, ubi ad eos ius emancipandi spectat, ne aliquem emancipent, nisi qui ut emancipetur, hoc est, ut emanu Pædagogorum suorum liberatus Ecclesiæ seruitijs addicatur, idoneus sit.

Item an scholam triuialem ecclesiæ adhærentem, per eruditum, probum & Catholicum Ludimagistrum procurēt & administrent, qui pueros cum bonis literis & moribus, tum pietate catholica imbuat.

Cætera quæ ad examinationem Ludimagistrorum pertinent, in articulo generali infra subduntur.

C ij An

## QVAE INQVIRI DEBEANT.

An Custodes, qui nunc Thesaurarij: item an Camerarij, Magistri Fabricæ, Cellarij, Præsentiarij & alij Administratores, suis quicq; officijs, secundum ecclesiarum statuta, Reformationem Cæsaris, & Decreta Concilij Prouincialis satisfaciant.

Et præsertim an Custodes, qui munus Ostiariorum in Ecclesiæ gerunt, diligentem curam adhibeant, ne ad sacra admittantur Excommunicati, Interdicti, publice criminosi, alijq; indigni.

Et an mercimonia & prophanas deambulationes in ecclesijs, sub diuinis, & quicquid in Ecclesijs committere turpe; & sceleratum est, & quod diuini officij celebrationem dehonestat, fieri pro uirili prohibeant.

An qui rationem & calculum reddere tenentur, infra tempus debitum & statutum illum reddant.

An uni personæ plura q̄ unum officium committatur.

An sint in Collegio pluribus beneficijs, & præsertim Curatis, onusti.

An habentes Curata Beneficia fructus accipiant absentes: tametsi si aliquod utilius seruitium Ecclesiæ Dei interim non impendant. Quod si se per dispensationem excusent, iubeantur Visitatoribus eam exhibere: quæ si appareat sufficiens, curent Visitatores ut Beneficia debitis obsequijs non fraudentur: Sin autem, provideat Episcopus iuxta c. Ordinarij, de officio Ordinarij in vi.

An diuinus cultus in ecclesia statis horis, deuote, decenter, ordinate, ultro, prompte, reuerenter, & cum grauitate, non stipsis tantum, sed ad Dei laudem, & populi ædificationem, persoluatur.

An publicorum diuinorum officiorum, quæ ad omnes ecclesiæ personas pertinet, persolutio, ulla confabulatione interrumpatur.

An etiam iuniores Canonici, atq; adeo omnes alij, qui in ecclesijs Collegiatis de Beneficijs quæ possident gaudere uolunt, diuinum officium, ad quod præstandum tenentur, uicissim Psalmorum uersus attente modulando, ut se decet, impleant, & an horas Canonicas rite persoluant. Suntq; omnes & singuli ad exhibendum sua Breuiaria Visitatoribus, monendi.

An fiant distributionum quotidianarū participes, qui diuinis officijs

QVAE INQVIRI DEBEANT. Fol. XI.

ficijs integris non interfunt: Exceptis his quos infirmitas, seu iusta & rationabilis corporalis necessitas, aut Ecclesiae rerum procuratio, uel euidens utilitas excusat.

An omnes personae ecclesiae, ad diuina officia, praesertim ad Matutinas, summam Missam, & Vesperas, concurrant, & ab initio usque in finem in eisdem perseverent, uti Canones exposcunt.

An in Missa praesentes, ad omnia quae aguntur diligenter attendant, & attendendo, uota sua, ministerium publicum agentis & sacrificantis, per omnia accomodent & coniungant: quo eorum omnium participes per Dei gratiam efficiantur, quae ipsorum omnium nomine, sacrificans agit ac precatur.

An ad communes orationes Ecclesiae, quae Collectae uocantur, stent omnes, ut Apostolus iubet, aperto capite: idem quod Sacerdos, qui tum officio sacerdotali fungitur, orat, si non oris spiritu, saltem mente precantes. Et praesertim, an a Praefatione usque ad completam communionem stent omnes supplices & inclinati, ut se uerbis Canonis accomodent. in quo Sacerdos ad Deum loquens, ait Omnes astare supplices, & supplices rogare & petere. &c.

An usque in finem, donec benedictio sacerdotalis data fuerit, in officio Missae perseverent: cum alioqui dici non possint uere interfuisse Missae, si abeant antequam completis omnibus, missio seu abeundis copia fiat, his uerbis: Ite Missa est.

An summae Missae debita ratio habeatur: sic ut Missae speciales, ante summae seu solennis Missae euangelium, aut ad summum actionem finiantur, seu a facta communionem inchoentur, ut omnes publico Sacro sint attenti, nec sub eo in diuersa Sacra distrahantur.

An Epistola tota, & Symbolum, & Praefatio, & Oratio Dominica, sine decurtatione, tota, clare, distincte & intelligibiliter cantentur: nisi quem uox deficiat.

An in Missis specialibus, lectiones & orationes sacrae, clare ac discrete (excepto sacro Canone, qui submissa uoce, ut semper in Ecclesia factum est, recitari debet) pronuncientur, ut possint a circumstantibus exaudiri & intelligi.

An celebraturi sat agent, ne nisi aliquibus saltem praesentibus sacrificium offerant.

C ij An

IX. QVAE INQVIRI DEBEANT.

An imaginacula crucifixi Domini, Pacificatoris omnium quæ sunt in celo & in terra, ab ore sacerdotis ad omnes astantes deferatur, ordine ab omnibus, in Christianæ concordia, & pacis symbolum, & spiritualis communionis signum, in osculanda.

Num organa quid seculare resonent, seu aliud quàm cantum Ecclesiasticum: Et fileat ne ab eleuatione Eucharistiæ, usque ad Agnus Dei: quo interea ab omnibus sub alto silentio, deuota Dominicæ passionis & redemptionis nostræ memoria recolatur.

An in deportatione uenerabilis Sacramenti, quicquid ad ueram deuotionem excitandam parum ualet, remoueatur.

An unius Sancti plures, quàm una, imagines ad excitandam Sancti beatam & utilem memoriam, in eiusmodi Processionibus circumferantur: præsertim indignæ Sanctis, ueluti ad seculum magis quàm ad Sanctorum repræsentationem effigiata ac compta.

An in Processionibus, Stationibus & Supplicationibus publicis, omnes qui intersunt Clerici, deuote orent, & cum grauitate religioso & suppliciter cantando incedant, & finita Supplicatione eo unde processerunt, reuertantur: Non curiosè interim circumspectantes, nec uacantes prophanis colloquijs: nec ad ientacula seu potationes delabentes, uel alio deambulantes.

An omnes de Collegio ad memorata publica officia omnia simul peragenda & persoluenda cõueniant. An quilibet constitutus inter psallentes & precantes, in Choro pro suo arbitratu oret, uel quod sibi placet priuatim agat, nõ attentus ad hæc quæ interea publice agi debent.

An pronunciantes lectiones in Matutinis, simplici, clara, & ad omne pronũciationis genus accommodata uoce utantur: nõ omnino humili, nec nimis sublimi: nõ fracta, non tenera, nõ agresti, nõ frédeti seu strideti, sed mediocri & graui, & ab omnibus intelligibili.

An inter legendum ab omnibus altum silentium teneatur, sic ut quoad fieri potest, interea nulla obstrepat excreatio, nõ uox alia erumpat, uel sonus aliquis grauior, incessu, progressu, uel ullo alio modo cieatur, quo impediuntur astantes ab intentione percipiendi uerbi Dei quod legitur.

An

An psalmi & reliqua diuina cantica pronuncientur seu canantur tractim, ut mensensum uerborū, priusq; uerba ipsa transmittantur, assequatur.

An Decani omnes tam Canonicos q̄ Vicarios, aliasq; personas, sedulo ac diligenter admoneāt ad sacrarū scripturarū studiū: ut quod recitant uel canunt in Ecclesiis, intelligant: & non solis labijs, sed in cordibus suis Deo psallant, gratias agentes & orantes semper pro omnibus Deum patrem, per Christum Dominum nostrum.

An Vigiliae defunctorū a prandio dicantur, sic ut ad horam circiter secundam inchoentur, & ante praeces Vespertinas compleantur: quo personis ecclesiarū magis uacet uel audire mane aliquē sacras literas profitētē, nel sacris studijs, Sermoni audiēdo, incūbere.

An Decani aduigilent, ut secundum Canonem, Omnis utriusq; sexus, de poenit. & remiss. omnes personae Ecclesiae, ad minimū semel in anno, ipsis, seu de ipsorū permissione, Ecclesiae Parrocho, seu alij catholico & idoneo sacerdote, peccata sua confiteantur, & secundum Ecclesiae ritum communicent: Et an in negligentes uel detrectantes (ut Canon ille iubet) animaduertant.

An extrema Vnctio, infirmo Ecclesiae membro, id petēti, praesenti tota congregatione, secundum Apostoli mandatū impendatur, sic ut omnes cum sacerdote in ungente infirmum, Psalmos, Litanias, & orationes nobis ab Ecclesia Catholica traditas, uti haec in Agenda continentur, deuote, & fixis in terram genibus, super infirmum dicātur. ut satisfiat uerbis Apostoli: Si quis infirmatur in uobis, inducat Presbyteros Ecclesiae, & orent super eum &c.

Num Capitulares conuentus & tractatus, honeste & mature fiāt: Et num sint inter tractandum dissidia & contentiones inter fratres. Num Praelati omnium suffragia seu uota, ut uocant, non grauate audiant. Num fauore aut odio, aut alio deprauato affectu, priuatorum res magis q̄ publicae gerantur. Et an expectetur ante conclusionem, omnium sententia. Et num ullus contemnatur: quantumuis causa Ecclesiae utilitatem respiciat.

An

## QVAE INQVIRI DEBEANT.

An Capitulares conuentus & tractatus habeantur tempore quo solenne Missæ sacrum peragitur.

An suis quibusq; t'pibus Capitula quæ disciplina uocatur, rite & Canonice, & quo decet serio & maturitate celebrentur.

An in eiusmodi Capitulis Decani suo, & Dyaconi quoq; ( quorū est Decano accusante, accusationemq; prosequente disciplinales sententias proferre) suo officio rite fungantur.

An Vicarij nomini suo respondeant, uidelicet an sint Canonicis in persoluendis horis & alijs diuinis officijs adiumento.

An onera specialia, ad quæ uel ex fundatiōe suarū Vicariarū, uel ex laudabili antiqua consuetudine, aut ecclesiæ statutis obligantur, deuote, religiose, & diligenter persoluant.

Et hi monēdi sunt, ut fundationes suarū Vicariarū Visitatoribus exhibeant, aut sese in forma Iuris, quod eas exhibere non possint, expurgent.

An unus idemq; Vicarius, pluribus ecclesijs Collegiatis simul seruiat, & in unaquaq; nihilominus ecclesia non modo fructus grossos, sed & distributiones quotidianas percipiat: quibus impossibile sit q̄ simul omnibus officium suum præstare possit: Nisi tamē talis singulari prærogatiua, eo quod singulariter Ecclesiæ Dei cōmodet, gaudeat.

An Vicarijs absentibus aliquid præstetur: præsertim absentibus sine iusta causa, non prouiso prius diligenter q̄ officia eorū rite in ecclesia per alios idoneos, qui interim sua officia nō negligat, præstent.

Num Canonici, Vicarij, Capellani & Chorifocij, tempore diuinorū, alijs pfallentibus, ipsi extra chorū spaciuntur, uel intra chorū desideant, confabulentur, aut aliud quid agant in ecclesia in populi scandalum.

An uasa sacra, & quæ uocantur corporalia, uel palla altaris, per alios q̄ per Sacerdotes uel Diaconos, adiuuantibus Subdiaconis, abluantur & attrectentur.

An qui Campanarij uocantur, sua officia in lineis seu superpellicis exhibeant, non nutrientes eomam uel barbam.

An

An saltem sint Clerici, eo quod pleraq; obeant in Ecclesia, quae uetus Ecclesia nullis nisi in minoribus Ordinibus constitutis, agere permittit.

An sacra uasa, sacras uestes, reliquias sanctorū, & reliqua ornamenta Ecclesiarū ipsorū fidei cōmissa, diligēter custodiant, & ut munda sint procurent. Et reliqua, quae ad ipsorum officium pertinent, diligenter exequantur.

An sint Deum timentes, religiose pñ, honesta uita, & omnis infamiae expertes.

Deniq; quod ad uitam & conuersationem in Ecclesijs eiusmodi ministrantium attinet, inquirendum.

An omnes uitam suo statu ac ordine dignam ducant. Num comā nutriant, uel barbam, an potius tōsuram & habitum deferant Clericalem: habitū inq̄ honestum, non limbis nec scissuris comptum, sed talarem.

Num incedant, gladijs accincti terribiles.

Num gaudeant longo accubitu, & studeant epotandis poculis ad aequales haustus.

Num adhuc inter eos sint, qui cōcubinas ita publice apud se detinent, quod nulla tergiuersatione crimen eorum celari possit.

Qui si reperiantur, Declarentur per Visitatores, Canonica monitione in Statutis Prouincialibus praemissa, poenam suspensionis ab officio & beneficio incurrisse, & abarceantur a ministerio.

Postremo omnium, An templa habeantur & praestentur sarta tecta, & cum altaribus munda seruentur.

An semel saltem in anno uisitentur, & inspiciantur domus claustrales

D strales

**QVAE INQ VIRI DEBEANT.**

strales. Et cortes, ut uorant, Ecclesiæ, curaq; adhibeatur, ne inhabi-  
tatorum & cultorum negligentia ruina succumbant & intereat.

An iura Ecclesiarum diligenter in Archivo Ecclesiæ sub clau-  
sura conseruentur.

An qui Executores testamentorū deputantur, eadem si ab Eccle-  
siasticis condita sint, curent per Commissariū Reuerendissimi D.  
N. inspicere & approbari. Et an intra tempus constitutum calculum  
& rationum gesti officij reddant.

An sint, qui Testamenta quæcunq; dolo malo supprimant,  
& quæ Ecclesijs uel pauperibus seu in alias pias causas  
legata sunt, sibi retineant, uel alio q̄ destina-  
uerit testator conuertant.

**Quæ**

# Quæ a Decanistam Collegia

*LIBVS QVAM RVRALIBVS, DE RE-  
toribus Ecclesiarum Parrochialium, sub suis Decanijs, siue in oppè  
dis, siue uicis, aut pagis commorantibus, similiter ab ipsis Rectorio  
bus, de uita, conuersatione, doctrina & ministerio suorum confras-  
trum, & Ecclesiarum præsentis statu, inquire debeant.*



NDecani Christianitatum suis Christianita-  
tibus diligenter superintendant. An Syno-  
dis Episcopalibus interfint, illicq; referat &  
exponant suæ Decaniæ Statū, & Decreta Sy-  
nodalia publicēt & exequant. Et an sollicitè  
in uigilēt, ut si quid aduersus fidē pietatemq;  
emergat, Reuerēdissimo Dño nostro Archi-  
episcopo, & Archidiacono suo significant.

An Decani, & qui sub eis sunt Curati, omnium ecclesiarum, hoc  
sinceriter credant, profiteantur & semper retinere uelint, quod  
Romana, Catholica & apostolica tenet Ecclesia, præsertim in arti-  
culis hac tempestate controersis.

An sciant omēs & uelint populū non coacte, sed spōtanee doce-  
re: & an uerbū Dei singuli pro populi captu prædicent: & an ortho-  
doxam doctrinā tradant: & an ædificent uel corrumpant gregē.

An sint inter eos lupi, qui gregem inuadant, & per nouas & pe-  
reginas doctrinas, seu per dulces sermones corrumpant, atq; a  
ueritate abducant oues, pro quibus mortuus est Christus: & num  
deliteat in aliqua Parrochia hæreticus aut schismaticus ullus.  
Num Hæresis aliqua uel noua dogmata occultis conuenticulis  
disseminentur. Et an sint qui curiosius de fide disputent, & simpli-  
cibus inijciant scrupulos.

An sint aliqui in Parrochias manu seculari, sine Canonica insti-  
tutione seu ordinatione, intrusi.

Et an aliqui, quibus est plene iure prouisum, se intromittant de  
ecclesijs, sine preuio examine Episcopali uel Archidiaconali.

An ignotos aut uagos sacerdotes, & exititios seu fugitiuos aut  
effrenes & extra obedientiā cōstitutos monachos, absq; Prælato-  
rū suorū testimonijs seu formatis, admittāt. Seu, quod peius est, an

D ij suspe

## QVAE INQVIRI DEBEANT

suspectos de fide aut flagitiosos Sacerdotes aut Monachos, per quos populus eis creditus, seduci aut corrumpi facilius quam doceri potest, ministerijs adhibeant.

An ipsi curati instruant & doceant populum de his, quæ ad fidem & religionem nostram pertinent, ut norint, quid credere & quomodo conuersari ac uiuere in sua quisq; uocatione debeat.

An sint inter eos segnes aut cæci speculatores, & uelut canes muti, non ualentes latrare, qui non audeant populo annunciare peccata eorum, & incorrigibiles deferre ad eorum superiores.

An rudes & paruulos suæ Parrochiæ certis tēporibus instruant, & doceant Symbolū, præcationē Dominicam, salutationē Angelicam, seu Decalogi præcepta, aut saltem habeant aliquem idoneum Catholicum uirum, per quem hoc præsent.

An Euangelium & sacras scripturas synceriter tractent & doceant, iuxta Homilias, sensum, & interpretationem sanctorum & orthodoxorum Patrum.

An aliquid prophanum, incertū, fabulosum, suspectū, uel incōstans, uel quicquid non tota pbat Ecclesia, & a maioribus acceptum non est, adferant. An quæstiones difficiles & perplexas moueant, contendant, uel rixentur in suggestis, & num ea adducant, quæ ad populi ædificationem nihil faciunt,

An in Suggestis calumnientur, seu scommata & dicteria in quosuis iaciant, & incompositis moribus gesticulentur, plebem concitantes in Clerum uel Magistratum.

An simul doceant misericordiam & iustitiā Dei: ut pœnitentes ad bene sperandum inflamment, & malos a peccatis deterreant: non blandientes & decipientes populum peruersum, dicentes: pax, pax, & non est pax. Et proinde an Decalogi præcepta populo frequenter inculcentur atq; explicent.

An confirment populum in Catholicæ fidei doctrina, & an sic doceant plebem, ut suppullulantes zizanias sciant euitare. Item an populum admoneant, ut diebus dominicis & festis ad diuinam quæ in ecclesiis celebrantur cōueniant, concionem sub silentio & attente audiāt, & memoriæ cōmendent, nec strepitu uel deambulatione perturbēt, & ut audita secū domū pferant, & liberos & familiam  
instruas

instruât ad pietatē, nempe Deū timere, & salutē suā ei cōmendare, memoria retinere & frequēter recitare Symbolū apostolicū, orationē Dñicam, salutationē Angelicā, præcepta Decalogi, & qcquid ad uirtutem bonosq; mores ptinet, obedire suis superioribus, solvere decimas, & alia debita, tam Ecclesiasticis quam secularibus.

An Sacramenta secundum ritum Ecclesiæ Catholicæ, & secundum Agendam ecclesiasticam, adhibitis omnibus Ecclesiasticis ceremoniis & priis ritibus, in Ecclesia Catholica hætenus obseruari consuetis, administrant.

An instruant populum de Sacramentis, & eorū gratia & mysteriis, ut eis secundum Ecclesiæ traditionem ad salutem suam religiose utatur: præsertim ut Missæ officio libenter intersit, & uotis Ecclesiæ uota sua coniungat: Quodq; una cum sacerdote mortem Christi Deo patri pro peccatis suis offerat, & frequenti confessione se expurget, ut se sapius corde mundo & auido ad excipiendū salutarem corporis Christi cibum paret, ut diebus festis, sanctis tantum incumbat operibus.

An doceant populū in Sacramentorū administratione, frequenter etiā in Concionibus quando locus incidit, quid in Sacramenti cuiusq; collatione agatur, quis sit eius fructus, quid uelint signa externa, & quomodo Dei uirtus præsens inuisibiliter eis adsit, quomodo etiam digne uel indigne percipiantur.

An circa administrationē Baptismi, & alias in concionibus de suggesto, doceāt populū, cur aqua baptismalis benedicat & cōsecretur. Cur baptizandus abrenunciet Diabolo p susceptores: Cur exorcizet & exuffletur cōtraria potestas: Cur signū crucis baptizando toties imprimatur: Cur sal benedictum detur, & aures ei aperiant: Cur in pectore & in scapulis & in uertice capitis inungatur: Cur induat ueste candida: Cur præferat ei cereus ardēs ad altare, & cur illic accipiat de ablutione seu uino benedicto.

An animaduertant quod Susceptores siue Patrini sint p ueræ ætatis, in fide Catholica bene instructi, ad interrogata cum intellectu & serio respondentes, & tales qui paruulos, ubi adoleuerint, in fide orthodoxa, si necesse fuerit, instruere possint.

An etiam baptizent paruulos ante prandium & Missam diei, cui Susceptores cum puero & amicis interesse deberent, & pro paruulo offerre, secundum ueteris Ecclesiæ ritum.

D iij An sit

## QVAE INQVIRI DEBEANT.

An fit aliq̄s inter Curatores ecclesiarū, q̄ ausus fuerit Canonem Missæ omittere uel mutare: & an ab oībus religiose p̄nuncietur.

An etiā singulis diebus dominicis & festis, Euangeliū diei sub uel intra Missam lingua uernacula populo de suggesto exponāt.

An etiam caueant, ne cōcionis tempore ulla Missa celebretur, qua populus ab auscultatione uerbi distrahatur.

An curent Symbolum totum cani, Praefationem itidem, & orationem Dominicam. Similiter an curent, ut imaguncula crucis fixi Domini pacificatoris oīm, ab ore Sacerdotis, pacem populo impræcantis, ad astantes deferatur, in osculanda ab omnibus, in concordia & pacis Symbolum.

An doceant populum de Missæ mysterijs, atq; etiam moneant, ut ad finem usq; donec benedictionem sacerdotalem acceperint, perseueret, spiritualiter saltem cum Sacerdote communicando, cum desiderio fructus Sacramenti & unionis cum Christo.

An doceant criminibus ligatos, priusquam absoluantur, & ueræ emendationis propositum sumant, ab horum mysteriorum perceptione abstinere.

An palā criminosos, & qui peccati certissimam occasionem dimittere nolunt, a communione abarceant.

An lectiones sacras & orationes, excepto Canone in Missa, clare pronuncient, ut possint a circumstantibus, qui latine intelligunt, audiri & intelligi.

An Eucharistiam in loco honorato seruēt cū p̄petuo lumine.

An quando ad infirmos Eucharistiam deferunt, faciant præferri lumen & campanellam, ad dandum fidelibus signum.

An doceant plebem orare pro defunctis, ut a peccatis soluātur.

An curent etiam, quando in solennibus festiuitatibus circumferenda est Hostia illa salutaris, quod tum omnes ludi prophani, & quidquid non ualet ad ueram deuotionem excitandam, remoueatur: Imprimis quod non pulsentur tympana, absint risus, ioci, confabulationes: populus autem oret, & quod unius tantum Sancti, non plures quam una imago circumferatur. Nec uagando per agros discurratur, præsertim Rogationum tempore.

An sint

QVAE INQVIRI DEBEANT. Fol. XVI.

An sint aliqui ex Curatis, qui sustineant in suis Parrochijs aliquem, qui non in anno saltem semel peccata sua confiteatur, & venerabile Sacramentum Eucharistiae secundum C. omnes utriusque sexus, de poenitentijs & remissionibus, sumat. Et si quis talis fuerit repertus, an etiam talem ab ingressu Ecclesiae abarceant, & Ecclesiastica sepultura priuent,

An etiam sint circumspecti in audiendis Confessionibus, ut qui norint distinguere lepram a non lepra, & ita de peccatis inquirere, ne scandalizent pusillos, & an satisfactiones iniungant medicinales, an arguant publica peccata publice, & occulte delinquentes in priuata Confessione.

An Excommunicatos secundum Canones sacros uitent, & ab omnibus uitari faciant, & eos a nemine recipi in consortium uel familiaritatem procurent.

An sciāt quomodo instātibus quatuor temporibus, trina proclamatione denunciare debeāt populo Clericos eiusdem Parrochiae, qui uelint ad sacros ordines promoueri, ad percipienda impedimenta, si quae sint.

An sacramētum Vnctiōis extremae cū Oratiōibus & Litanijs iuxta Agendā Ecclesiae aegrotis impartiant, & an sint ex eorum Parrochianis, qui illud Sacramentum contēnant, & an sciant infirmos ex scripturis cōsolari, & a curis secularibus ad spem salutis aeternae erigere.

An habeant redeuntes ab aegroto adhortaciunculā ad comitantem multitudinem, qua infirmitatis humanae, & ut pro laborante in extremis studeant feruentius orare, admoneantur.

An doceant Matrimonio coniungi affectantes, qua religione & fide in Christo coniungi debeant. Et an tolerant clandestina Matrimonia. Et an doceant copulandos, quod non iungantur, nisi de parentum & amicorum consilio.

An praemittant proclamationes ad minimum tres, tribus diebus festis, per interuallum sibi succedentibus.

An norint quae sint impedimenta quae prohibent contrahendum, & quae dirimunt iam contractum Matrimonium.

Et an sciāt numerare quatuor gradus consanguinitatis, quatuor  
iti dem

## QVAE INQ VIRI DEBEANT.

Itidem gradus affinitatis, intra quos prohibitio coniunctionis coniugalis concluditur.

Et an sciant quo se porrigat impedimentū cognatiōis spūalis.

An etiam clandestine contrahentibus, tantisper Sacramenta ne gentur, donec ab excommunicatione absoluantur, atq; ita in facie Ecclesiæ Sacramenti solennia celebrent.

An etiam diligenter attendant ad incolas & aduenas, de quibus est suspitio, quod in facie Ecclesiæ non sint coniuncti, ut tales solennes ritus in Ecclesia celebrent, aut alibi id fecisse se, idoneis testibus probent.

An etiam quantum in eis est admonendo curent, ut quādo ad Ecclesiam Matrimonialis coniunctiōis gratia cōuenitur, & quādo qui iungūtur benedictioni sacerdotali se submitunt, ut tum absit omnis leuitas & iocus secularis, utq; tum magis cogitent iūgēdi, quale sit uinculū, quo colligant, & quod Deus eos cōiungat.

An sint inter eos, qui alibi quam in Ecclesia publice post Missam auditam seu alio tempore, quam a Iure permissa, & non interdito, coniungendos Matrimonio copulent.

An sint in eorum Parrochijs, qui exequias aut iusta pro parentibus, liberis, cognatis, & amicis persolvere recusent, nō aliter, quā si cum corporibus simul & animæ extinguerentur.

An doceant uiros in Ecclesia orare nudato, foeminas uelato capite.

An doceant populum in omnibus terroribus & periculis inclamare nomen Christi, & signare se signo sanctæ Crucis, qua diabolus derictus est.

An doceant populum cur aqua & sal, palmæ & herbæ & fructus noui benedicantur, & cur populus aspergatur aqua benedicta, & sumat sal exorcizatum.

Item cur accendantur in Ecclesia Cerei, Thus adoleatur, processiones agantur, Ecclesia, Altaria, Calices, uestes Sacerdotales, campanæ, aliaq; Ecclesiæ uasa consecrentur.

An do

QVAE INQVIRI DEBEANT. Fol. XVII.

An doceant populum, ne caeremonias in superstitionem versant, sed illis religiose utantur.

An uitam ducant sua appellatione dignam, uidelicet talem, ut eorum comparatione caeteri merito grex dicatur. An uerbo moeneant & praecedant exemplo, castigando corpus suum, & in seruitutem redigendo, secundum Apostoli doctrinam, ne ubi alijs p̄dicauerint salubriter, eosq; ad pietatem adduxerint, ipsi serui sint uetris & peccati, & reprobī efficiantur.

An horas suas Canonicas, ad quas maioribus Ordinum gradibus initiati obligantur, rite perscruant, & an in lectione & studio sacrae scripturae se contineant. Et quibus libris & authoribus praeter Biblia utantur & qualia Biblia habeant.

An in habitu & tonsura Clericali incedant, an seruent decorum in habitu & incessu. An habitus eorum sit honestus, non scissuris uel limbis comptus. An superior uestis sit talaris. an gladiis uadant accincti.

An omnes irreprehensibiles sint, & bonum testimonium habeant ab his quibus ministrant. An sit inter eos impudicus, incontinentis, immodestus, contentiosus, iracundus, percussor, uinolētus, ebriosus, aut turpis lucri cupidus.

An utantur commessationibus & ebrietatibus & studio componendi, praesertim in exequijs, calendis, & anniuersarijs.

An sit adhuc aliquis inter eos, qui concubinae adhaereat, aut persona de incontinentia suspecta. & qualis sit reliqua illorum familia.

An sint aliqui Rectores Ecclesiarum, qui in proprijs personis non resideant, & quales illae habeant uicecuratos, & an tales uicecurati sint per Archidiaconum examinati & admissi. Et an tales uicecurati habeant competentiam, & taliter constitutam, ut non cogantur seruilibus & sordidis negotijs se dedere.

An sint aliqui ex Curatis uel uicecuratis, usurarii, negotiatores uel caupones, aut sortilegij, diuinationibus, aut uenationibus indulgentes.

An sint in Parochijs Oratoria constituta.

Et qui sint qui ius patronatus seu praesentandi personas idoneas ad huiusmodi Oratoria seu alia Ecclesiastica beneficia habent.

E An co

IN QVAE INQVIRI DEBEANT

An eo iure secundum fundationes eiusmodi beneficiorum legitime utantur. Et num sint, qui huiusmodi beneficia quod in eis est supprimant uel extinguunt. An eorum redditus ac res & bona illorum occupent uel distrahant.

An in eorum Parrochijs aliqua sint hospitalia pauperum constituta. Et an magistri hospitalium bene praesint, & rationem singulis annis reddant. Vt infra latius in forma de Hospitalibus.

An in eorum Parrochijs ieiunia, abstinentia a carnibus, Dies festi, praesertim in proxima Synodo publicati & declarati, Processiones dominicales, & ritus Ecclesiastici rite obseruentur.

An sub eorum Parrochijs uigeant supererogationes, maleficia, blasphemiae, sacrilegia, publica periuria, adulteria, stupra, incestus, odia, insidiae, rebelliones, usura, & contemptus Ecclesiasticae iurisdictionis.

An praedia, census, & iura ecclesiarum conseruentur. An campanarii seu custodes ecclesiarum sibi concredita rite administrant ac custodiant.

An eosdem etiam admoneant, ut depositis barbis in Ecclesia in superpelliceis ministrant.

An populus oblationes altaris saltem in quatuor Festis principalibus ad altare Domini deferant, aliaque iura Parrochialis, secundum morem ab Ecclesia Catholica olim receptum, praestet.

An Prouisores Parrochialium ecclesiarum praesumant pro suo arbitratu de rebus ecclesiarum ordinare uel disponere, absque consensu sui Plebani. Et num illi rationem bis in anno reddere recusent.

An sint apud illos Monachi seu Moniales apostatae, qui falsis coniugibus adhaereant, uel qui habitum Religionis abiecerint,

An sint qui contemnendo authoritatem Ecclesiae, rumpendo uinculum pacis, contra mentem Caesarum Maiestatis, (quae sub Catholicis Principibus nullam nouationem ueteris Religionis permitendam esse mandauit,) sub utraque specie more schismatico petentes, communicent.

An caueant, ut Sacerdotes ab haereticis reuertentes, non statim se ministerijs ingerant, priusquam sint absoluti, Ecclesiae reconciliati, & contra irregularitatem incursum restituti.

An sint apud illos apostatae Monachi, qui sub praetextu Dispensationum

QVAE INQVIRI DEBEANT. Fol. XVIII.

fationū Apostolicarū, uota, religionisq; suæ instituta deseruerūt, contēdentes se intrudere ministerijs, anteq̃ Dispensationes eorū sint rite examinatae & admissæ, iuxta Decreta Prouincialia.

An populus in eorum Parrochijs præstet se eis morigerum. An sint in populo, qui habeant libros contagiosos, aut qui cum Deo, Sanctis, & sacris iocentur,

An e suggestis publicent libros a Lutheranis, hæreticis, in Decretis Prouincialibus (sub rubrica, Qui libri Parrochis & concionatoribus sint uitandi & fugiendi) nominatis, eorumq; similibus æditos, tam secularibus quam Ecclesiasticis, tanq̃ pestē esse uitādos.

An admoneant suas Communitates rusticas, ut a circūambulatione cemiteriorum, sub concione & diuinis abstineant, sub poena denegandæ absolutiois & communionis.

An pateant œnopolia & tabernæ diebus festis ante Sacrum in ecclesia pactū. Et an tales transgressores deferant ad Magistratum.

An secularis Magistratus, Iurisdictionem & libertatem, immunitatemq; ecclesiasticam impediant seu perturbent.

Et an Iudices seculares de Beneficialibus, Matrimonialibus, decimarum, & alijs causis spiritualibus, seu de correctione Ecclesiasticarum personarum se intromittant,

An in eorum Parrochijs admittant Ludimagistri, ad instituentā iuuentutē, quorū fides, mores, & institutio nō sint explorata.

An doceantur in Scholis triuialibus Grammaticæ, Dialecticæ, Rhetoricæ, Institutiones, seu quicumq; alij libri, ex officina Lutheri, Melanthonis, Hegendorphini, Spangelbergij, & similibum Lutheranorum profecti. Ut infra latius de Scholis.

An Vicarij, Officiantes, Altaristæ, & alij ministri faciant & exequantur officia & onera suarum Vicariarum, altarium, officiorum, & fraternitatum in suis ecclesijs.

An omnes & singuli pauperum suæ Parrochiæ curam habeāt, quibus etiam libenter de eo quod ipsis superest, suppeditent uitam necessarium.

Quæ supra in calce inquirendorum in Cathedralibus & Collegiatis ecclesijs, de Testamentis, & eorum Executoribus posita sunt, hic quoq; inquirentur.

E ij Inqui

# Inquirenda de Scholis.



VVM secundum R eformationem Cesa  
rea Maiestatis, non modo ubi Collegia  
sunt, sed & in singulis oppidis, debeāt esse  
Scholæ, quæ sunt seminaria, non tātum  
prælatoꝝ & ministroꝝ Ecclesiæ, sed & eo  
rū q̄ R eipublicæ gubernaculis admouēt.  
Imprimis apud Collegia inquiri debet,  
an præter pædagogium habeatur in Col  
legio Theologus, qui certis horis doceat iuniores Canonicos, Vi  
carios, & alia Collegij membra.

An quisq; Collegio ascriptus, ad lectionem suæ professioni &  
instituto congruentem, compareat.

An huic Theologo docēti sint assignati puentus unius p̄bēdæ.

Deinde apud singula, non Collegia modo, sed & oppida, ingren  
dum est de pædagogio seu schola triuiali, in qua iuuetuti tã rudis  
mēta bonarū literarū, q̄ institutio ad pietatē Catholica tradatur.

Et quot sint huic scholæ didasculi præpositi, & in quot classes  
sit distributa.

Et quomodo sit principali ludimagistro de suo uictu uel sala  
rio prouisum.

An ludimagistri & pædagogi qui docent iuuentutem, honesti,  
probi, & incorruptæ uitæ sint, & de religione Christiana & Catho  
lica bene sentientes, ac docti, a q̄bus tam pietatis Christianæ prima  
principia, q̄ rudimenta literarū incontaminata adhuc, & quorum  
libet studioꝝ capax pueritia, sine metu corruptiōis secure hauriat.

Num aliquis horum didascalorum a communibus Ecclesiæ Ca  
tholicæ doctrinis, decretis, traditionibus, cæremonijs, ritibus, seu  
moribus quocunq; modo dissentiat.

Vnde sint oriundi: Et si aliunde uenerint uel assciti fuerint, in  
quirendum; ubinam gentium & apud quos sint instituti, & quis  
bus

bus usi sint præceptoribus. Et ex quibus authoribus cum literarum, tum religionis rudimenta, didicerint & perceperint.

Num sint inter eos, q̄ deturbati a Cathedris, quas furore schismatico inuaserunt, nunc irrepserint in pædagogia, ut uenena sua si non ut ante, a Cathedra toti populo, saltem teneræ iuuentuti instillent.

Num libri obscæni, suspecti, aut contagiosi, seu qui iuxta Decreta Prouincialia per Decanum facultatis artium Academiae Colonien. admissi non sint, quibus teneræ iuuentuti uirus impuræ doctrinæ, religionisq; & pietatis odium instilletur, in scholis eius modi triuialibus tradantur.

Et quia forsan graue erit ludimagistris, qui in oppidis procul a ciuitate Colonien. sitis commorantur, eo se subinde recipere, pro libris quos prælegent a Decano facultatis artium examinandis & admittendis. Iccirco Visitatores delegabunt hoc muneris passim pro conditione regiuncularum & scholarum nostræ dioceseos, alicui præstantis eruditionis Prælato, aut alij spectatæ probitatis docto & orthodoxo uiro, siue monasticæ siue ecclesiasticæ professionis.

Num & eiusmodi libri legantur in triujs, qui ad seducendam in prauas opiniones iuuentutem aliud agentem & quærentem, scripti uidentur, quales sunt quorundam Grammaticæ, Dialecticæ, & Rhetoricæ institutiones, Melanthonis, Spangelbergij, & similium Lutheranorum, in quibus exempla fere e prauis aduersariorum dogmatis petuntur, quorum traditione iuuentus incauta hæresum & sectarum dogmata simul cum artibus imbibit.

Quales item sunt quædam familiarium Colloquiorum formulae, in odium Ecclesiastici instituti, & cæremoniarum ecclesiasticarum contemptum compositæ atq; effictæ. a quo uicio quædam etiam ex Colloquijs Erasmi prorsus aliena non sunt, ob id a Parisiensibus notata.

Quærendum, qua ratione docendi didasculi utantur. Num illa præpostera, qua quilibet ad eruditionis suæ ostentationem quibuslibet promittant. Et tamen nihil tradant solidum, absolutum, atq; perfectum.

## IN SCHOLIS TRADENDA.

An potius tradant non nisi Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, & quæ huius generis sunt triuiales artes, casti poetæ, rethores & historici. Dominicis uero & festis ac pridianis diebus, puriorum hymnorum & prosarum, quæ & Sequentiæ appellatur. Item Euangeliorum & Epistolarum, psalmorum, parabolarum Solomonis, & eiuscemodi sacrorum librorum, Catholica & literalis expositio, secundum intellectum sanctorum Patrum ab Ecclesia Catholica receptorum, non Lutheranorum seu aliorum sectariorum.

Visitatores non erunt contenti aliorum de Ludimagistris testimonio, sed & illos coram se uocabunt, & diligenter examinabunt.

Præterea omnes ipsorum libros inspicient, & Catholicos ab hæreticis, nothos a germanis secernent.

## LIBRI QUI SEQUUNTUR IN VNIVER

*sum omnibus, tam Parrochis, Concionatoribus, Clericis,  
Ludimagistris, quàm laicis interdicti.*

## QUOTQUOT VENERUNT EX OFFICINA

Lutheri, Philippi Melanthonis, Pomerani, Buceri, Caluini, Coruini, Capitonis, Brentij, Zuuinglij. Oecolampadij Pellicani, Bullingeri, Francisci Lamperti, Musculi, Hedionis, Sarcerij, Christophori Hegendorphini, Osiandri, Spangenbergij, Hermanni Bonni, Sebastiani Franck.

Et similes farinae hominum Lutheranismi, seu sectæ alicui adhaerentium, aut a Catholica Ecclesia, quacunq; ratione dissidentium

Cui censuræ & Germanicæ psalmorum cationes, quæ plerunq; ab interpretibus perfide ac contra genuinum sacrae scripturæ sensum, traductæ sunt, submittuntur.

Oës quoq; Bibliothecæ, & Bibliopolia, & officinæ typographicae inuisenda erunt, & libri oës diligenter inspiciendi & examinandi, & qui ab hæreticis editi sunt, & a Cæsare uel Concilio Prouincis ali notati, confiscandi, comburendi, & penitus abolendi.

Et dandus erit Bibliopolis Cathalogus librorum interdictorum, ut suæ indemnitati deinceps consulere possint.

Et iniungendum eis, ne posthac ullos libros diuendant, nisi prius secundum decreta Prouincialis Concilii inspectos & admissos.

Quando

**Q**vando uero superius designati libri, & p̄sertim q̄ Postilla uocant̄, profecta ex Lutheranorū seu aliorum hæreticorum officinis, non sine interminatione grauium pœnarum Parrochis imprimis sint interdicti: & p̄ inde q̄ inter eos rudiores sunt & simpliciore addubitare forsā possint, quibus ergo eis tuto us̄ti liceat, donec Postilla aliqua publica autoritate edatur, quæ expositionē lectionum, quæ Epistola & Euangeliū diei uocant̄, secundum id quod singulis Dominicis alijsq̄ solenniibus diebus per anni circulum Catholica Ecclesia suis fidelibus tradere intendit, pulchro ordine digestum, complectatur, indicatis uidelicet, & concinna serie dispositis locis communibus, in quibus ambæ illæ lectiones mutuo respondent ac conueniunt. Ea de re haud superuacaneum uel inutile fore uidetur, ipsis indicare, ut uel sequentes libros sibi comparent, quo inde Catholicum & bene sanū tractandarum lectionum sensum, quem ipsi per se, sine commentariorum subsidio assequi non possunt, hauriant ac populo p̄ponāt.

## EX VETERIBVS COMPARANDI.

Chrysostomus in Matthæum & Iohannem.

Idem in Epistolas Paulinas omnes.

Theophylactus totus, Chrysostomi abbreviator.

Augustinus in Iohannem.

Sermones Augustini de tempore & de sanctis: modo sigillatim ex decimo tomo operū eius excerpti & impressi haberi poterunt.

Beda in nouum Testamentum, hoc est, in Marcum, Lucam, Iohannem, Epistolas Paulinas & Catholicas, & ipsam Apocalypsim: qui propterea tanto libentius legendus est, quod suos Commentarios fere ex optimo & Catholicissimo interprete scripturarum Augustino, concinnauit.

Homiliarius doctorum Albinī siue Alcuini.

Cathena aurea Diui Thomæ Aquinatis, & eiusdem in D. Paulum commentarij.

## EX RECENTIORIBVS.

Postilla Lansbergii, quæ simplicissima est.

Sermones Clythouci, cum Elucidatorio eius in hymnos & Profas Ecclesiasticas.

Postilla Iohannis Eccj.

Postilla Hoffmeisteri.

Postilla Roy, Minoritæ.

Postilla

## IN SCHOLIS TRADENDA.

Postilla quæ nunc imprimuntur, fratris HENRICI Helmes,  
Germipolitani.  
Commentarium Titelmanni in Psalterium.

Nec quisquam Parrochus carere quoq; deberet Damasceno.

## QVAE SINT IN HIS SCOLIS TRADENDA.

**Q**VI primis Rudimentis in triujs imbuuntur, Primum discant Alphabetum, Orationem dominicam, Salutationem angelicam, Symbolum Apostolorum, Benedictionem mensæ, & gratiarum actionem cū Confessione, quæ fieri ad altare consuevit. Donatum, & Murmellij de declinationibus & conjugationibus, Nucleū, eiusdemq; cōstructionum regulas. Deinde poterint eis tradi grammaticæ institutiones Aldi Manutij, uel Perotti, uel Murmellij, Hermanni Torrentini, Iohānis Despauterij, aut Iohannis Brechtani, atq; etiam Syntaxis Erasmi, Cato, fabulæ Aesopi, Sedulius, Prudentius, Iuuenius, Baptista Mantuanus, e quibus pietatem cum literis hauriant.

Festis uero diebus, exponantur Euangelia & Epistolæ Dominicae, & incidentiū festorum, grāmattice tantum. Hymni quoq; & profæ tēpori seruientes, uel Psalmi, aut parabolæ Salomonis, aut eiusdemodi aliquid e Sacris literis, quod iuuentuti conueniat.

In Dialecticis tradi conueniet, Prodidagmata Iacobi Fontani, Dialectica Trapezuntij, Casarei, Titelmanni, aut Ioachimi Peronij, & Rodolphi Agricolæ inuentiones.

In Rhetoricis uero & styli cōsequendi gratia: Vergiliū, Horatium, Ouidiū, præterq; de arte amādi, & epistolas Heroidū, Cōmentaria quoq; Casaris, Titum Liuiū, Suetoniū, Valerium maximū, Institutiones oratorias Quintiliani, Compendium Trapezuntij sup Ciceronis Rhetorica, ipsa quoq; Rhetorica Officia de Amicitia, Senectute, Paradoxa, Tusculanas quæstiones, Epistolas, & quicquid scriptorum Ciceronis extat.

## IN GRAECIS LITERIS.

Clenardus, Syntaxis Varenii, Theodorus Gaza, Constātinus Lascaris, Fabulæ Aesopi, Sentētiæ Menandri, Batrachomyomachia, Lucianus, Isocrates, Zenophon, Orationes Demosthenis, Homerus, Aristophanes, Hesiodus, Plutarchus.

Formu

# Formula inquirendi in Monaste

RIIS MONACHORVM.



**I**N primis fiat inquisitio de Regula Ordinis, an hæc fratribus singulis Mensibus ad minimum semel prælegatur: & an probe ab omnibus intellecta, memoria commendetur ac teneatur.

An sancta obedientia uigeat: & an uiuatur in Monastica paupertate, & sancta continentia.

An quisq; quid proprij tibi uendicet, qualecunq; etiam hoc sit: aut habeat priuatum peculium.

An Deus die noctuq; horis statutis psalmodijs & laudibus colatur, pñsq; præcibus pro cõmuni salute & Ecclesiæ prosperitate pulssetur. Et an sacra Missarum solennia, tam pro uiuis q; defunctis, ad Regulæ & antiqui moris præscriptum, & secundum foundationes eiusmodi diuinorum officiorum, celebrentur.

An pax inter fratres, inter laicos itentidem, qui **Conuersi** uocantur uel Deuoti, totamq; Monasterij familiam effloreat.

Num clanculum mutuo inuideant.

Num contentionibus, rixis & dissidijs conflictentur.

An humilitatem insinuent, mutuum ament, & patientes sint, inuicem libenter condonâtes, si quis aduersus aliũ habet quærelam.

An rerum cœlestium meditationi, & alijs studijs pñs & honestis, sedulam dent operam.

An habeant Monachi quotidie lectionem aliquam sacre scripturæ illustratricem, qua deuotionem suam alant, seq; ad cognoscendam & adimplendam Dei uoluntatem inflamment.

An habeant iustam curam instruendæ Bibliothecæ: quæ & inspicienda est.

**F**      **An**

## INQVIRENDA IN MONASTERIIS

An scripturas expositas diligenter tractent & secum ruminent, quo se (quibus hoc muneris incumbit) ad prædicationem uerbi diuini, eiusmodi exercitatione tam pia, aptos efficiant.

An tempore quod eis a celebratione diuinorum & lectionibus reliquum est, semper præ & honesti aliquid agant, quo diabolus eos nūq̄ ociosos, sed semper reperiat occupatos.

An interdum in cubiculis aliqui comparent, ludant, aut luxui indulgeant, aut etiam seculares clam ad se inuitent.

An rebus prophanis seu mechanicis artibus, suam professionem non decentibus, & a pietate auocantibus, incumbant.

An statim a Completorio, suum quisq̄ petat cubiculum, & in silentio agat.

An iusto tempore claudatur & aperiatur Dormitorium.

An messū tēpore rusticorum & mulierum cœtibus se immisceant.

An Monachis bonæ indolis, qui progressum aliquem in bonis literis & sacrarum scripturarum cognitione fecerunt, & se ad aliud suæ Prouinciæ Monasterium, in quo schola celebrior, & professio frequentior & accuratior habetur, mitti petunt, ut illic in sacris literis simul & religionis obseruantia, magis ac magis instituantur ac proficiant, copia fiat illo concedendi.

Quærendum de uita & conuersatione Prælatorum.

Cn Visitatio proxima rite sit obseruata.

An Prælatus, quæ ad obseruationem Ordinis & Religionis pertinent, diligenter persequatur, & in exigenda Regula & Statutis Ordinis feruens conspiciatur.

An eadem etiam ad Christianam pietatem & æquitatem pro ratione personarum & aliarum circumstantiarum moderet: ut scilicet primas obtineat fraterna charitas, & magis spectet in omni ope pietas, quàm ad omnia ualet, quàm exercitatio corporalis, quàm ad modicum utilis est, ut testatur Apulus.

An bonum exemplum fratribus, alijsq̄ subditis suis præbeat in Religionis obseruantia.

Num

Num saepe ex Monasterio discedēs, alio proficiscat, seu extra illud habitationem suam constituat, uel longam moram trahat.

An pacem, tranquillitatem & concordiam inter omnes sibi subiectos nutriat ac conseruet.

An fratres ad studia sacrarum literarum sedulo inuitet.

An mensa communis habeat, & qualis sit uictus quotidianus.

An Prælatus conuiuetur communiter cum fratribus, mensa cōmuni contentus, an priuata magis oblectetur.

Num ociosos & uanos faciat sumptus.

An familiam superfluam, uel equos ad fastum & pompam potius q̄ ad necessitatem, Principum more, nutriat, magisq; secularem q̄ religiosam ducat uitam.

An magis in humilitate uiuat frugaliter, & quæ ultra necessitatem supersunt, in pauperes & educationem studiosorum, quō possint Ecclesiæ olim usui esse, expendat.

An honeste cū laicis conuersetur. Et qualis sit hospitū receptio.

An sua negligentia fratres luxui & comotationibus studeāt,

An ad mensam sacræ scripturæ cum homilijs Patrum apte temporibus semper legantur.

An uicia fideliter & strēue corrigat, citra psonarū acceptionē, canonicā & regulārē exercens disciplinam. Et an Capitula disciplinæ crebro & secundum p̄scriptum Regulæ diligēter obseruent.

Item diligenter quærendum de clausura Monasteriorum, & ingressu laicorum & mulierum.

An silentium iuxta regulam teneatur.

An sint inter eos, qui suos habeant priuatos congressus. Qui inuicem conspirent & dissidia excitent.

An mutua reuerentia inter fratres colatur, & colloquia, dum colloqui licet, pia sint & religiosa.

Quæredum quoq; an certus sit in Monasterijs numerus personarum aut incertus.

An suppetat uictus, & an res & bona suis Monasterijs dicata possideant an iniustis grauaminibus laicorum diuexentur.

An habeant ecclesias Parrochiales incorporatas.

Qualis sit talibus ecclesijs Curator præfectus, cuius ætatis, uitæ, doctrinæ, conditionis.

An sufficientem portionē ex Parrochiæ fructibus, unde se honeste alere possit ei assignauerint, ut non sit illi necesse, se fordis

## FORMA INQVIRENDI IN MONASTERIIS

dis ministerijs addicere, seu officium negligere.

An talis Curator sit sub obedientia Prælati, & an per Visitationem Prælati, uita & mores eius interdum explorentur.

Quærendum de officijs, an qui officijs præfecti sunt, ut sunt Piores, Suppiores, Præfecti scholæ, Camerarij, Sacristæ, Cellarij, Procuratores, & id genus alij, suis singuli officijs gnaviter & religiose incumbant, iuxta Regulæ decreta.

Qui sint illorum mores, quæ uita, quæ conuersatio.

An officijs impositis ad licentiores uitam uiuendam, & ad luxum abutantur,

An sint in ministerijs fideles, æqui: non præfracti, sed modesti & mansueti, continentes & casti.

Est quoq; diligenter quærendum de habitu & conditionibus fratrum conuersorum.

Deinde an sint ex Monasterij sodalities aliqui facti desertores sui monastici instituti, & fugitiui apostatæ.

An sint qui habitum abiecerunt, qui sint uel hæresi polluti, uel de ea suspecti.

An sint facti quidam exitij, qui se incestis nuptijs polluerunt, aut qui extra septa Monasteriorum concubinis uel fœminis de incontinentia suspectis, cohabitent.

An sint qui extra obedientiam degentes, diuina tractent, & populo sacramenta administrent.

An sint qui sub prætextu dispensationum Apostolicarum, quæ ab Ordinarijs, causa legitime cognita, non fuerint approbatæ, uota, religionisq; suæ instituta deseruerint.

Vbi tales refractarij & uotifragi foueantur & receptentur.

An sint qui paruulos in baptismo suscipiant, aut nuptiarum conuiujs inter sint.

An Comediz ludantur in Monasterio, & quæ.

Apud fratres quatuor Ordinum mendicantium, hoc interrogatorium adijciendum est: an audiendis confessionibus se intro mittant alij q̄ præsentati.

Et illic quoq; diligenter examinandi sunt Lectores & Concionatores de doctrina.

Et inspiciendi libri quibus utuntur.

Cætera pro diuersa locorum, Ordinum & Monasteriorum conditione, & pro rerum & casuum subinde accidentium qualitate, Visitatorum discretio suppleat.

Formula

# Formula inquirendi in Mona- STERIIS SANCTIMONIALIVM,



De eisdem fere, pro Visitatorum tamen circumspicione & prudentia, inquirendum est, de quibus in uirorum Monasterijs inquire oportet: exceptis articulis, qui solos Monachos proprie respiciunt, quorum loco Visitatores alia interrogatoria congrua personis istis substituent. Qualia sunt: Quibus affectibus, & qua forma ad electionem Abbatissarum, ac aliarum, quibus Monasteriorum moderatio commissa est, procedatur.

An in eligendo seruetur regula, cessetque omnis impressio & corruptio.

Quomodo ab his, quae officijs praesunt ea gerantur.

Et imprimis post inquisitionem factam, de Abbatissa, Priorissa, Subpriorissa, Cellaria, Procuratrice, & reliquis quae in officijs sunt, querendum erit.

An sit in Monasterio ludimagistra, seu Scholae praefecta, quae latine norit.

Et an haec diligenter & sedulo instituat in rudimentis grammatices, uirgunculas iuniores. Et an formet eas ad pietatem & religionem.

Et quae nam rudimenta tradat, & quos libellos ad pietatem pertinentes, rudioribus uirgunculis praefegat & exponat.

An etiam in uigilijs dierum Festorum, & in ipsis diebus Festis exponat suis scholasticis uirginibus Hymnos, Sequentias, Epistolam, & Euangelium diei.

Et an ad literam saltem sciat exponere Psalterium.

Quibus libellis uel ad suam instructionem, uel ad praecandum Deum uirgines utantur: qui etiam sunt inspiciendi, simul cum libris quibus utuntur in officijs diuinis.

An habeant Concionatorem aliquem uirum grauem & catholicum, a quo audiant uerbum Dei, diebus saltem festis,

F ij Et ans

## INQVIRENDA IN MONASTRIIS.

Et an idem uel alius non minori grauitate, integritate, discretionē, & prudentia sit eis a confessionibus.

An is ex iusta causa petentibus pmittat uirginibus etiā alij catholico, pio & discreto sacerdoti confessario confiteri.

An suis temporibus iuxta regulæ præscriptū communicent.

Item de obseruatione cultus diuini, ut supra de monachis.

An habeant fidum, frugalem, & honestum Oeconomum, qui quater in anno, & quoties poscitur paratus sit reddere negotiorum suorum rationem.

Et an hactenus res Monasterij meliores fecerit, seu saltem non deteriores.

Et tales uiri Visitatoribus sistendi sunt examinandi de uita & doctrina.

Quarendum de ecclesijs incorporatis, (si quas habeant) ut supra in formula inquirendorum monachorum.

Num sanctimoniales extra septa suorum Monasteriorum cōtra regulam ordinis sui se interdum pripiant. Cum potius intra ea latere debeant, ac soli Deo pudicitiaē amatori (cui se consecrarunt) quemq; repudiatis huius seculi amatoribus præoptarunt, illibatas conseruare.

An pateant uirorū conspectibus, seu an permittatur uiris monasterium ingredi, excepta ineuitabili necessitatis causa.

An habeant ullæ picturas inhonestas, & nimis seculares in suis cubiculis.

An conuersationem aliquam habeant suspectā tum extraneis.

An permittatur eis accipere epistolas, uel dare extra monasterium, quas non prius legat Abbatisa, uel illa cui regimen Conuentus incumbit.

An permittatur illis cum extraneis priuata colloquia habere, & suis uti diuerticulis.

Quibus artificiolis, quod superest temporis a finitis sacris, lectione, præcibus & contemplationibus diuinis, terant.

Num studiosæ sint artis, quæ citius feratur a secularibus, q̄ spiritualibus Deo dicatis uirginibus, qualis est consuendi acupicta sudariola & indusia.

Breuiert

Breuiternum exercitationes amplectantur, quæ citius mentem Deo dicatam evertant, atq; in mundum retrahant, q̄ diabolum per ocium insidiantem propellant.

An sint inter eas conspirationes seu ligæ quædam, ut uocant.

An sint quæ dissidia, rixas & contentiones excitent: iracundæ, inuidiæ, odij tenaces, contumeliosæ seu maledicæ, obtrectantes, detrahentes, calumniatrices, mendaces &c.

Interrogandum ut supra de Monachis dictum est, de obedientia, de paupertate, an quid proprium possideant, & de custodia continentia.

De mensa communi, & quis ac qualis uictus singulis quibusq; temporibus præbeatur.

An propter uictum uel similes ob causas sint inter eas murmuræ tiones, & turbulentiæ indignationum significationes.

Indagandum an alicubi Religionis suæ, bene & sancte institutæ, quam & professæ sunt, habitum deposuerint, & uestes seculares religionis tædio sibi aptauerint, cum fidelium scandalo, & status sui ignominia: cum uideantur Religionem cum ueste posuisse, sicut impudica mulier cum ueste pudorem ponit.

Et tales, sub Excommunicationis poena monendæ sunt, ut habitum depositum recipiant: nec aliæ uideri uelint q̄ quales se profiterentur, hoc est, sponfas Deo dicatas.

An sint quæ ulla fatua superstitione teneantur: quæ illis eximenda est, inflammandæq; sunt ad uerum Deicultum, & uiuam charitatem.

Inquis

# Inquirenda in Monasterijs Ca NONISSARVM SECVLARIVM.



VM hæc Monasteria fere cõstituta sunt instar Collegiatarũ ecclesiarũ, proinde eorum pleraq; quæ illic inqri oportet, hic quoq; secundum conditionem personarum & locorũ, ac secundum discretionẽ Visitatorum indaganda erunt.

Præterea inquirendum fere de omnibus his quæ inuestigãda sunt in Monasterijs Sanctimonialium: exceptis his quæ tria illa substantialia uota respiciunt.

Speciatim tamen interrogentur de forma & modo eligendi Abbatissam, & reliquas, ad officia ecclesiæ gerenda.

Et an eiusmodi electiones pure fiant spectata tantum ecclesiæ utilitate.

An per corruptionem, impressionem, uel alio illicito modo.

Quærendum de ecclesiis incorporatis.

Num mensam habeant communem, uel suam quæq; peculiare.

An communi utantur Dormitorio, ne puditiæ insidiatori Sathana, detur occasio ad incontinentiam tentandam.

Num nimis exquisito & procaci habitu utantur, incedentes uestibus nimis seculariter comptis & excultis.

An in his Monasterijs filia nobilium discant, non lasciuiare, nõ superbire, sed Deum timere, & pietati studere.

An pijs exercitijs assuescant, & non solum a malo, sed ab omni specie mala abstineant, & non alicui malæ de se suspitioni causam præbeant.

An permittatur uiris, seu procacibus adolescentibus, in ipsam etiam noctem q̄ diu eis libet, cum uirginibus cõmessari & cõfabulari.

Et

Et an illis permittatur intra Monasterij septa dormire.

An Abbatiffa Collegiorum nobilium uirginum, quas tãto magis oportet Collegijs suis adesse, quanto uirgines illa maiori custodia sunt digna, perpetuo apud ea resideant.

An eiusmodi Abbatiffa diligenter prospiciant, ne quid in eiusmodi Collegijs committatur, quod aliquam habeat mali speciem.

Et praesertim, an diligenter obseruent, ut omnes in Dormitorio comuni nocte decumbant, & in habitu ipsas decente incedant, ac horas Canonicas rite persoluant. Ceteraq; quae probata earum constitutiones, & Reformationis Caesaris &c. formula exigit.

An sint Abbatiffa, quae plurimum Collegiorum in se curam receperint, & tamen nulli eorum suum quod debent officium rite praesentent.

Qualis sit illarum familia. Quo Capellano, & quibus ministris, & Officialibus utantur.

An Praepositiffa, Decaniffa, & alia officia ecclesiae gerentes, officijs suis rite fungantur. Et praesertim, quibus aliqua administratio bonorum commissa est, frugales sint & fideles.

Ante omnia diligenter querendum, quae nam sit inter Canonissas, quae uirgines legere, canere, & quod legunt & canunt intelligere doceat. Et an illa suo munere sedulo & diligenter fungat.

Qualis sit familia uirginum. an uerecunda, sobria, pudica. breuiter, bonae famae & laboriosa.

An uero ministrent eis puella iuuentulae, lasciuiae, ad seculum compta, procaces, ociosae, & famae non satis integrae.

An in his Collegijs cura pauperum habeatur, ut quod reliquum est, a leuata mensa inter pauperes distribuatur.

In his Monasterijs, ubi uita agitur plus satis licentiosa, ut nullus unquam Pontifex hunc statum seu uiuendi conditionem uoluerit approbare, multa opus est ex uerbo Dei instructione, admonitione & exhortatione, quam oportet adhibere in spiritu lenitatis, nam hic nimis parum promouebitur,

Quoad inquirendos Canonicos, Vicarios, & alios ministros harum ecclesiarum attinet, eadem omnino forma seruabitur, quae in Collegijs uirorum.

G De quib

**De quibus in Hospitalibus,**  
**QUAE COLLEGIIS, MONASTERIIS,**  
**& Parrochialibus ecclesijs adherent, uel alias in Ciuitatibus,**  
**oppidis, & uicis, in usum pauperum & peregrinorum con-**  
**stituta sunt, debeat inquisitio fieri.**



VM eiusmodi Hospitalia alicubi col-  
lapsa sint, & iaceant neglecta, & non  
dum instaurata.

An redditus ad ea destinati, in ul-  
lum alium usum conuersi sint, seu con-  
uertantur.

Et si quid desideret, quomodo rur-  
sus ex arario Monasterij, Collegij, uel  
Communitatis id sarciri possit.

An alij in ista Hospitalia recipiantur, q̄ uiduae, orphani, & qui  
uere sunt pauperes, & ad uictum quaerendum sibi non sufficiunt:  
& potissimum eius loci, ubi hospitalia illa sunt constituta, in quo-  
rum fraudem peregrinis patere non debent.

An administratores horum hospitalium sint legitime instituti,  
& a quibus.

Num eorum incuria bona Hospitalis intereant, aut deteriora  
reddita sint aut reddantur.

An luxu & profusione illorum, aut alias minus recte dilapidentur,  
distrahantur, subtrahanturue.

An aegrotis, quod ipsis ex institutione Hospitalis debetur, fides  
liter praestetur.

An magister Hospitalis erga aegrotos se benignum & misericor-  
dem exhibeat.

An pauperes isti & aegroti non tantum reficiantur & sustentan-  
tur pane corporali, sed & pane uerbi Dei, & Sacramentorum.

Quis illis praesit docendo, & Sacramenta ministrando. Et hic  
audiendus.

Apud

Apud ecclesias Collegiatis & hoc specialiter inquirendum est: Qui sint ex Canonicis uel Vicarijs, qui res Hospitalium eiusmodi ecclesijs adiacentium, procurent.

Et generaliter quærendum, an Provisores seu Magistri Hospitalium, ubi uisitorum, rationem præstent administrationis suæ, & cui eam præstent.

An præstetur in Collegijs Decano & Capitulo: & in Monasterijs Prælato & Conuentui: & in Oppidis Parròcho & alijs a communitate delectis, ratio & calculus. Nam hi profecto pro debito officij sui, Deo debiti, tenentur superintendere ne pauperibus quid desit.

Et quoties in anno hæc ratio præstetur. Quater enim in anno secundum Cæsaris Reformationem præstari debet.

G n Inqui

**Inquirenda in domibus Fratrum**  
**SANCTAE MARIAE TEUTHO-**  
**nicorum, Iohannitarum & Anthonitarum.**



Rincipio in domibus fratrum Teuthonicorum inquirendum de tribus, quæ ad uotum omnis Religionis exiguntur.

Secundo, quomodo permittantur habere bona mobilia & immobilia.

In quibus domibus Hospitalia habeantur.

Qualiter in Hospitalibus infirmi recipiantur.

Qualiter infirmi procurentur.

Qualiter petitores elemosynarum mittantur.

Qualiter Diuinum officium obseruetur.

Quoties in anno fratres Corpus Christi sumant.

Qualiter pro uiuis & mortuis orent.

Inquiratur de Vestitu.

De rasura.

De defectiõne.

De elemosyna danda.

De ieiunio.

De collatione.

De Dormitorio & dormitione.

De silentio.

De literis recipiendis & mittendis.

De clausuris.

De his quæ ad militiam pertinent.

De uenatione.

De infirmis fratribus.

De senibus.

De conuictu & societate fratrum.

De conuocandis fratribus ad consilium.

De itinerantibus.

Depro



# Quæ de laicis & plebe fieri

DEBEAT INQUISITIO.



Visitatores uocatis corā se quatuor qnq; aut septē uiris, ex singulis parrochijs, maturioribus, honestioribus atq; ueraciorib<sup>9</sup>, unū quemq; illoꝝ infra scripto iuramento debent obstringere.

## FORMA IURAMENTI:

Quicquid nosti, aut audisti, aut posthac intelliges, quod cōtra Dei uoluntatem, & rectam Christianitatem in ista parrochia factū sit, aut fiet, si in diebus tuis euenerit, modo tamen ad tuam cognitionem quocunq; modo peruenerit, seu perueniat, si scis, aut tibi indicatum fuerit Synodalem causam esse, & ad ministerium Episcopi pertinere, quod hoc nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter præmium, nec propter propinquitatem, uel parentelam, quouis modo celabis nos Archiepiscopi huius Diocesis Commissarios, quibus hæc inquirere ille iussit. Sic te Deus adiuuet, & hec sancta Dei Euangelia.

Vbi singuli respondendo se sic obstrinxerunt, subiicient Visitatores admonitionem in hanc sententiam:

Videte ut Domino reddatis iuramenta uestra: Non enim homini iurastis, sed Deo creatori uestro. Nos autem, qui eius ministri sumus, non terrenam substantiam uestram concupiscimus, sed salutem animarū uestrarū requirimus. Cauete ne aliquid abscondatis, & ex alterius peccato uestra fiat damnatio. Nam sicut Apostolus ait: Modicū fermenti totam massam corrumpit. Et: Auferte malum ex uobis ipsis.

## SEQVNTVR INQVIRENDA.

**A**N in Parrochia aliquis est hæreticus, schismaticus, de Fide, Religione, Traditionibus, Cæremonijs, ritibus & cōsuetudinibus Ecclesiæ aliter sentiēs quā ipsa Catholica Ecclesia sentire iubet.

Et hæc inquisitio dilatanda est, & sic explicanda, ut intelligant quid quærat.

An

An aliquis sit in Parrochia magus, aut ariolus, aut incantator, seu euocator, aut coniuator superstitiosus dæmonum, aut diuinus, aut sortilegus, aut talium impiorum hominum iudicia uel consilia inquirens, ad inueniendas res deperditas & suffurtas, uel ad futura prænosendum, quæ Deus posuit in sua potestate: aut ad aliud quicquid, uel qui ulla superstitione irretitus sit, ueluti qui nõ ponit spem, & fiduciam suam in solo Deo, qui pro suo nutu & uoluntate moderatur omnia, & cui oportet submittere & commendare omnem nostrum cogitatum, uoluntatem, operationem, & quicquid acciderit prosperi uel aduersi.

An sint uiri uel mulieres, qui non intellectis coniuurationibus rerum utantur, uel maleficijs se aliquid efficere posse putent, seu cum dæmone commercium habent.

An sint qui scienter & pro cupiditate terrena, peierauerint.

An qui coacti, uel pro uita redimenda, uel metu dominorum suorum periurium commiserint.

An sint qui alios etiam ad periurium induxerunt.

An sint blasphemæ in Deum, in gloriosam Dei genetricem uirginem Mariam, in sanctos Dei.

An sint qui uota Deo præstita infregerint.

Qui fidem publicam uiolauerint.

Qui per nomen Dei & Sanctorum maledixerint.

Qui ad omne uerbum, nomen Dei assumpserint seu assumant in uanum.

An est aliquis uel aliqua, quæ quodcumque opus inchoans, aliquid superstitiosum dixerit, nisi ut Apostolus docet, omnia in nomine Domini facite.

An est aliquis qui iurauit quod Deo contrarium est: ueluti quod fratri nunquam reconcilietur, uel simile quid, quod est peccatum in spiritum sanctum, & ad mortem.

An sint qui indigne ad Sacramenta accedant, præsertim ad sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum.

An sint qui ab eo accepto, statim inebrientur, etiam usque ad uomitum.

An sine

## INQVIRENDA DE LAICIS.

An sint qui septem Ecclesie Sacramenta, uel illoꝝ aliquot contemnāt. Qui ad confessionē saltē semel in anno nō ueniāt, & corpori Dñi, nisi ob publica peccata prohibeantur, non communicent.

An sint qui Ecclesie Caremonias rident.

An sint qui in diebus dñicis, uel in p̄cipuis festiuitatibus, quicq̄ operis Mechanici faciāt, qui nō ad Concionem saltem, & ad Missam (si nō ad Matutinas & ad Vesperas, quod tamen facere oportuit) his diebus sine prætermissione occurrant, & in eiusmodi diuinis officijs ab initio usq; in finem perseuerent.

An sint qui ecclesias intrantes, fabulis uacare consueuerint, non auscultātes diuina eloquia, & anteq̄ Missa finiatur exeuntes.

An pecoꝝ Pastores, Nautæ, Carrucarj, Caupones, Tabellarij, & similes farinae hoies, sint tam brutales, & obliui penitus Dei sui, ut nullum inter festos uel profestos dies discrimen faciant, intenti tantum ut uentrem siliquis impleant, contempto uerbo Dei, cibo illo cœlesti, sine quo omnis anima fame perit.

An festa quæ ex declaratione Synodi Diocesanæ celebrari debent, celebrentur.

An Parrochiani presbytero suo debitum honorem impendāt.

An illi, & ecclesie ipsi, decimas, oblationes & iura Parrochialis, ex more ueteris Ecclesie debita exoluant.

An est aliquis qui Parrochum uerbo uel facto iniuste inhonoret, aut fatiget, aut eius salubria monita spernat.

An est aliquis qui eo contempto in aliam Parrochiam eat, & ibi communicet.

An est aliquis qui Excommunicationem sui Episcopi uel Archidiaconi, & insynodationem (ut uocant) sui pastoris uilipendat.

An qui publicam pœnitentiam pro manifestis criminibus, uel accipere uel adimplere contemptum detractet.

An susceptores qui Patrini uocantur, filiolos suos Symbolum, orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & decē præcepta insinuent.

An est qui ieiunium quadragesimale, uel quatuor temporum, siue Letaniæ maioris, uel Rogationum, siue feriam sextam, aut sabbatū, siue alia solētia ieiunia, in uigilijs festoꝝ dierū, uel p̄ quacūq; plaga ab Episcopis indicta, contemptum non obserauerit.

An est

DE LAICIS INQVIRENDA. XXIX.

An est aliquis qui oblationes, eleemosynas parentum uel propinquorum defunctorum, iniuste retinuerit seu retineat.

An est aliquis qui patrem aut matrem inhonorauerit, aut percusserit, aut eis maledixerit, non suscepta poenitentia.

An est aliquis in Ecclesia parricida uel homicida uoluntarius, uel inuoluntarius, qui hominem quocunq; modo occiderit, poenitentia publica pro tanto crimine non peracta.

An est qui proprium seruum occiderit.

Similiter an est aliquis uel aliqua qui infantes proprios oppresserunt, aut suffocauerunt, aut abiecerunt & occultauerunt: aut mulier quæ conceptum excusserit & uoluntarie abortiuerit.

An sint aliqui in quorū conflictu homo perierit.

An sint aliqui qui coniurationes, conspirationes & seditiones sestantur & excitant.

An est aliquis qui diabolo impellente se occidere tentauerit.

An est aliquis qui proximum mutilauerit, detruncando illi membrum aliquod corporis: & cum eo reconciliatus non sit.

An est aliquis qui in consilio fuerit ut homo interficeretur.

An est aliquis coniugatus qui cum alterius uxore adulterium perpetrauerit: uel uxor cum alterius uiro.

An est aliquis qui legitimam uxorem dimiserit, & alteri se coniuxerit, seu alium in coniugium acceperit: & edhuerit.

An sint cōiuges q se sine causa separauerint, sine Episcopi iudicio.

An est aliqua mulier quæ conscio uiro suo fornicata fuerit.

An est aliquis uxore carēs, qui cum alterius coniuge fornicatus fuerit: aut si qua mulier non habens uirū, cum alterius marito.

An est aliquis non habens uxorem, qui cum foemina quæ uirū nō habet, fornicatus fuerit.

An sunt soluti qui fornicatione se polluerint aut polluant.

An est aliquis qui alterius sponsam rapuerit & sibi sociauerit: seu etiam non desponsatam ui abstulerit, & sociauerit sibi.

H

An

## DE LAICIS INQUIRENDA.

An est qui desponsatam puellam non duxerit, & fidem sponsalium orum fregerit.

An est qui sanctimoniam uel uiduam Deo sacratam rapuerit, & in coniugium sumpserit, uel cum eis fornicatus fuerit.

An est aliquis qui accusatus uel insimulatus uiuente marito de adulterata uxore, hanc statim defuncto marito duxerit in matrimonium.

An est aliquis qui fornicatus fuerit cum comatre spirituali, uel cum consanguinea.

Vel (quod abhorret animus dicere) contra naturam peccauerit.

An sit uir uel mulier, qui lenocinium exercent.

An sit qui cum proprijs ancillis adulteria & fornicationes committat.

An est aliquis qui assiduam ebrietatem sectetur, Apostolo uetante & dicente: Neque ebriosi regnum dei possidebunt.

An sit aliquis mimus in Parrochia, uel qui carmina turpia, obscena, uel haeretica cantillet.

An sit in Parrochia fur aliquis aut sacrilegus, qui ecclesias Dei infringit, uel aliquid de ecclesia abstulerit, uel publice rapuerit, uel latenter surripuerit.

An est aliquis qui iniusta mensura suam annonam aut uinum uel cereuissiam uendat, quum Dominus dicat: Aequus sit tibi modius & aequus sextarius.

An est aliquis qui merces, praesertim uina, mala & noxia commixtione corrumpat, cum multo hominum uitae discrimine.

An est qui usuram exercent, qui e foenore uelit ditescere, qui lucrum ex commutata uel concisa pecunia faciat.

An est aliquis qui scienter contra aliquem falsum testimonium protulerit, & quantum ac quale damnum corporis uel bonorum quis inde habuerit.

Inquirendum de mendicis, qui per Parrochias discurrunt: & si quis que pauperem de familia sua pro suis facultatibus pascat.

Inquirendum

INQVIRENDA DE LAICIS. Fol. XXX.

Inquiratur quoq; a laicis, an sint in Parrochia, qui testamenta, & ultimas morientiu uoluntates supprimant. uel qui Ecclesias seu pauperes legatis defraudent, uel qui eiusmodi nouissima hominum arbitria non fideliter exequantur.

Percontandum de fraternitatum societatibus, quomodo in Parrochia agantur.

Interrogandum, si in unaquaq; plebe constituti sint, per pagos uiri ueraces, & Dominum timentes, qui caeteros admoneant, ut ad ecclesiam pergant, praesertim festis diebus, ad Matutinas, Missam, & ad Vesperam, & nihil seruilis operis faciant, multo minus aliquid criminis uel ethnicae leuitatis committant. qui & transgressores presbytero annuncient, similemque denunciationem faciant de omni opere manifesto.

Postremo, interrogandi de Parrocho, & alijs qui in Ecclesia ministrant, an officium suum, ut debent, praestent.

An uitam ducant irreprehensibilem.

In summa, an uerbo & exemplo precedant.

H ij Inqui

# Inquirenda ab hæreseos INSIMVLATIS.



N credat Iure diuino licitum esse præstare iuramentum.

An credat Iure diuino se obligari per iuramentum, dicere ueritatem super proponendis de fide.

An credat hanc solam ueram esse Ecclesiam Catholicam, in qua est unanimes & communis professio doctrinæ Euangelicæ & apostolicæ, secundum intellectum & expositionem sanctorum Patrum, & dijudicationem & determinationem generalium Conciliorum ab Ecclesia receptorum. Et in qua est administratio Sacramentorum, secundum Catholicam traditionem in Ecclesia occidentali hæctenus pie & laudabiliter obseruata. Quæ & non in angulo aliquo orbis terrarum conclusa, sed in unitate doctrinæ & Sacramentorum communiõne in uinculo pacis diffusa est & propagata, per totum terrarum orbem.

An credat in hac Ecclesia catholica, nos omnesq; alios esse, qui in hac concordia, communionem, & pace, sub obedientia unius summi Pontificis, & sanctæ sedis apostolicæ, uiuimus.

Vel num putet ediuerso Ecclesiam esse Lutheranos seu Bucranos, uel horum similes sectarios, qui Ecclesiam quam nos ut Apostolicam & Catholicam agnoscimus execrantur, atq; adeo non Christi, sed Antichristi regnum uocare non uerentur? Num sentiat iustificationem hominis constare ea sola fide, quæ quis credit sibi non imputari peccata propter Christum? An potius nobiscum credat iustificationem esse, communicationem iustitiæ Christi: non solam eius imputationem, sed actualement regenerationem, & renouationem mentis per spiritum charitatis, quo demum per fidem accepto, ex iniustis iusti efficimur, & quæ iusta & sancta sunt operamur, peccatis Christi merito condonatis. An credat quod peccatum originale per iustificationem, quæ fit in Baptismo uirtute Sacramenti, non tantum regatur,

tegetur, sed & tegendo auferatur & dissoluatur, ut uerū sit dicere, omni peccato caret iam baptizatus, & est mundus totus. Vel ediuerso existimet peccatum hoc realiter adhuc a baptismo superesse, hoc est, Concupiscentiam, quæ manet in renatis post baptismum, non tantum fomitem esse peccati, sed reuera peccatum, tale tantūque, quod sua natura, omnes pariter, tam infantes baptizatos q̄ adultos damnaret (etiam si nullus postea accedat consensus) nisi non imputaretur: pro qua etiam non imputatione, a baptismo continue orandum sit.

An credat liberū arbitrium, peccato primi hominis oppressum, per renouationem quæ in Christo Iesu est in baptismo, uere liberari: ita ut sic præuentum a Deo, per gratiam quæ est in Christo Iesu, exinde tam in ipsa Iustificatione q̄ in bonis operibus, tanq̄ partiale agens concurrat & cooperetur Deo: Et ea ratione cum gratia Dei, causa meritorum fiat.

An credat baptizatum seu regeneratum, assistente & adiuuante gratia Dei, posse facere seu implere mandata Dei, secundum eam rationem impletionis, quam exigit a nobis Deus, q̄ diū sumus in hoc mortali corporis tabernaculo.

An credat hominem renatum & adultum per obseruationē mandatorū Dei, seu bonis operibus ex fide & dilectione Dei factis, promereri regnum cælorū.

An credat hominem propter opera mala condemnandum esse ad ignem æternum: etiam si habeat tantam fidem qua & prophetare, & dæmones eijcere, & montes transferre possit: nedum eā, qua credit sibi rem ista peccata propter Christum.

An credat hominem tantisper manere in morte, q̄ diū fides eius non uiuificatur uel accenditur per charitatem.

An credat septem esse Ecclesiæ sacramenta: uidelicet sacramentū Baptismi, sacramentum Confirmationis, sacramentū Eucharistiæ, sacramentū Pœnitentiæ, sacramentum Ordinis, sacramentum Matrimonij, & sacramentum extremæ unctionis infirmorū: Et q̄ hæc Sacramenta conferat gratiā suscipienti, non ponenti obicem.

Vel an ediuerso credat tantum duo esse sacramenta: Baptismum & Eucharistiā.

An credat differre Baptismū Christi a baptismo Iohānis: & quō.

## IN QVIR EN. AB HAER ES.

An credat in administratione Baptismi adhibendas esse solenes orationes & caeremonias Ecclesiasticas, quales sunt: Exorcizatio & exufflatio diaboli, crebra crucis impressio, manus impositio, dactio consecrati salis, apertio aurium & narium cum saliuâ, unctio tantum ante quam post baptismum, consecratio baptismatis more solenni, abrenunciatio & professio fidei per susceptores, non suo, sed infantis nomine, & impositio albae vestis. Et quod has caeremonias extra tempus necessitatis contempnim omittens, schismaticus censendus sit.

An credat usum Chrismatis esse de necessitate sacramenti Confirmationis, illudque successisse in locum signi corporalis descensionis spiritus sancti post tempora Apostolorum, ex apostolica traditione.

An credat administrationem huius sacramenti solis Episcopis esse reueruatam.

An credat uirtute huius sacramenti infantibus, uel alijs confirmatis conferri uirtutem constantiae professionis fidei, patientiae in tribulationibus, & robur uincendi astus diaboli, & perseverandi in bonis operibus.

An credat in Eucharistiae sacramento, sub qualibet specie esse uerum corpus & uerum sanguinem Domini nostri Iesu Christi, substantia panis & uini aqua mixti, in corpus & sanguinem Christi, uirtute uerborum consecrationis transubstantiatis.

An credat ueritatem corporis & sanguinis Christi in Eucharistia esse permanentem, & non in solo usu, sicut Baptismi sacramentum, consistere.

Et propterea posse nos, & debere hoc sacramentum per infirmis reueruare, & in eo Christum illic praesentialiter se exhibentem adorare.

An credat hoc sacramentum sine graui scelere alibi posse confici, quam in locis sacratis, & ad hoc rite ordinatis, seu ab alijs quam a sacerdotibus ieiunatis, idemque sacramentum post factam consecrationem sumentibus.

An etiam credat Laicis sufficere ad salutem communionem sub una tantum specie, ut sub qua reuera continetur totus Christus.

An credat Missam esse sacrificium nouae legis, in qua non solum conficiatur, sed & Deo patri representatiue offeratur: non cruento quidem, sed incruento & commemoratiuo sacrificio corpus & sanguis filij sui, tam pro uiuis quam pro defunctis.

An credat Lutheranos & Buceranos hoc Sacramentum extra communionem Ecclesiae Catholicae omisso sacro Missae Canone, in quo  
forma

forma consecrationis Ecclesiae tradita continetur, posse conficere.

An credat in Canone Missae pro Romanae & Catholicae Ecclesiae summo Pontifice orandum esse.

An credat in eodem habendam esse memoriam sanctorum qui cum Christo uiuunt. Et in eorum communione uota nostra redpendenda esse Deo.

An credat Sanctos cum Christo regnantes non solum in imitatione, sed laudis quoque & honoris exhibitione, & meritorum & intercessionis pro nobis apud Deum attributione, & ut Deum pro nobis orent imploratione, uenerandos esse.

An credat hoc altaris sacrificium, ad haec orationes & eleemosynas fidelium pro defunctis, qui fideles decesserunt, ad purgationem masculinam in hac uita contractarum, & ante obitum nondum satis expiatarum, & pro absolutione poenarum temporalium.

An credat post hanc mortem talem aliquem esse ignem in quo eiusmodi fideles animae purgantur.

An credat tres esse partes integrales poenitentiae relapsorum in crimina post baptismum, uidelicet Contritionem, Confessionem sacramentalem, & Satisfactionem, ad remissionem culpae & poenae necessarias.

An credat enumerationem criminum saltem laethalium, & eorum quae angunt conscientiam, necessariam esse in confessione sacramentali, quae fit & fieri debet sacerdoti, modo haberi possit eius copia.

An credat satisfactione ecclesiastica mederi reliquis peccati, mitigari seu tolli poenas temporales, & Ecclesiae lege satisfieri. Et propterea eam necessariam esse lapso post baptismum.

An credat Ordinem in Ecclesia esse sacramentum: Ita quod ille qui non est ordinatus secundum ritum Catholicae Ecclesiae, per suum proprium uel alium Catholicum Episcopum, de proprii Episcopi consensu, non possit efficaciter in Ecclesia sacramenta Ecclesiastica ministrare, nec alia Ecclesiae ministeria salubriter obire.

An credat sanctum Petrum fuisse principem Apostolorum & Christi uicarium, & Romanae & Catholicae Ecclesiae summum pontificem, & tales quoque censendos esse, qui ei canonice in Cathedra sua successerunt & succedunt, quae sint longe inferiores merito.

## INQVIRENDA DE LAICIS.

An credat a tali Pontificis obedientia, excepta causa hæresis, sine schismate non posse recedi.

An credat matrimonium esse, & sacramentum ecclesiæ, & indissolubile uinculum unius uiri & unius uxoris. Et eum qui priori uxori anteaq; ea morte decedat, aliam superinduxerit adulterium esse, etiam si ex causa fornicationis dimissa sit.

An credat matrimonium clandestine contractum, accedente utriusq; contrahentis assensu, coram Deo uerum matrimoniū esse, ita quod tali matrimonio fraudem faciens adulter cēsendus sit.

An credat unctionem extremam uere sacramētum esse, & propterea sine periculo damnationis æternæ contemni non posse.

An credat usum imaginū tam crucifixi Dñi q̄ sanctorū, nō modo licitū, sed & ualde utilē esse in Ecclesia, maxime in usum ideotarum, pro admonitione & rememoratione gestorū Christi & sanctorū suorum, & pro excitatione pietatis & imitationis illorum.

An credat sanctorum (qui apud Deum uiuunt) ueras reliquias reuerenter esse habendas & uenerandas. Nec religiosum earū contactum inanem esse, quod Deus sæpe insignia & illustria miracula apud illorum monumenta sit operatus.

An credat Ecclesiam recte & pie super corporibus sanctorum, seu reliquijs sacrificia offerre, & tumulos eorum arbitrari altaria Christi.

An credat statuta ieiunia, & ferias indictas ab Ecclesia, religiose esse obseruanda. Nec posse ea uiolari sine peccato: nisi suadeat & poscat necessitas, per Pastorem, seu Ordinariū curatorem animarū explorata, & comprobata, & absit scandalum.

An credat uotum perpetuæ castitatis, & reliqua uota monastica, paupertatis & obedientiæ, consentanea esse Iuri diuino, & Euāgelio Christi: ita quod obligent præstantem in foro conscientiarū ad sui obseruationem, sub pœna damnationis æternæ. Et de illorum uiolatoribus scriptum esse: Damnationem habentes, quia priorem fidem irritam fecerunt.

An ne credat in omni ecclesia, tā græcā q̄ latinā, a tēporibus Apostolorum.

INQVIRENDA DE HAERES. Fol. XXXIII.  
stolorum, sacris semper Canonibus prohibitū fuisse, his qui iam  
ad presbyterij Ordinem promoti fuissent, matrimonium contra  
here. Et qui secus fecissent ab omni ministerio & sacerdotio depo-  
sitos semper fuisse.

An credat Statum uirginalem longe præstantiorem, & Deo mul-  
to gratiorem esse statui coniugali; modo tamen uirginitas & corpore  
& mente seruetur.

An ne credat exititios Monachos, pellicientes uirgines Monia-  
les ex Monasterijs, & contrahentes cum eis damnatas nuptias,  
incestuosos esse, & nullibi ferendos, siue ab Ecclesiastica siue secu-  
lari potestate.

An credat illos esse sacrilegos, & pauperum Christi necatores,  
qui scienter sine iusta causa accipiunt, tenent, & sibi uendicant bo-  
na ecclesiarum Deo dicata, seu in testamentis ad pias causas pau-  
peribus Christi relicta. Esseq; tales occupatores æternæ damnæ-  
tionis reos, nisi faciant restitutionem.

An credat pertinaces hæreticos, præsertim qui malicia errant,  
& contra Principum ædicta discipulos aggregant, & tumultus exci-  
tant, per potestatem secularem corporalibus pœnis coercendos  
esse. Idq; bona conscientia fieri, imo zelo conseruandæ Re-  
ligionis fieri debere.

AD DEI GLORIAM  
FINIS.















